timus enim credendum deo, etiam sensu & cogitatione repugnantibus, Caterum in mysteriis sunt tenenda uerba placuit semper & placet, nō respiciendum ad materiam tantum, hoc enim foret prophanare sacramenta, sed tenenda sunt & uerba, que non fallunt, siquidem recte capiuntur, adhibitis mentalibus oculis, ut enim in his que proponuntur materies, quid significēt sp̄ estandū, ita & in uerbis danda opera, ne male intelligantur. Sicut in illis ipsis uerbis Chrysolomi rudis lector, cum Papistis panem faceret non datū discipulis, sed qd sequatur, cogemus illū fieri & aquā in baptismo, non esse aquā, isdē Chrysolomi uerbis, si mordicus tenere uerba uoluerit, Que postea latius expēdemus oportuniore loco, nūc sufficiat intelligere nos debere, nō solū qd mysteria signēt, sed & qd uerba doceāt, à sensu enī uerborū nullomodo nos deterruerit. Scimus Christū non raro in parabolis loquitū, ea propter, peculiariter in eum dixit Psaltes, Aperiā in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Et nō solū multa loquutus est Christus in enigmatibus. Sed & que per uitam omnē egit, latens quiddam designant Quid enim opus erat ficui sterili maledicere, aquam in uinum uertere, discipulorum pedes ablucere, similiaq; facere, ni sublimiora interim commendata essent mysteria? Potentiam enim & humilitatem etiam modis alijs significare potuisset. Scimus item literam, ut aiunt, homicidam Spiritū uero uiuificantem. Nō erit nobis durus sermo Christi quē sequi in mortē usq; cupimus, durus est ab illo recedere uolētibus, qui ex Christi uerbis sublegūt quod ecedat aliquid illius glorię, ita male audire meretur,

Christus
uerbis &
factis sub
limia cō=
mendauit
mysteria.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

hi enim non minus impij sunt infidelibus, imò & impietate superant, siquidem delicta opera id agunt, nam per ignorantiam peccantibus aperta sunt refugij ciuitates, in quibus cum poenitudine ueniam assequantur, at nos gloriam Christi eminentissimam uellemus.

Itaq; quod uel in ciuilibus causis daretur, sicut nos uobiscum τὸ ἑστὶν libenter recipimus, ita uos nobiscum τὴν διὰ ζωῆς uideate ue auersemini, ne fortasse grauius quidam accidat, Ecce non dubitamus, panem istum corpus Christi uocare. Ecce, Hoc est Corpus Christi, Habetis confessionem. Vos ne repugnetis, quo sensu Christus panem illum corpus suum appellauit, eodem & nobiscum intelligere, neq; enim uellemus nouam mentem asserre scripturae, sed eam quae genuina est, non licet auersari. Vera, uera sunt uerba Christi, & anathema est qui contra dicit, sed ut uere, ita non absq; tropo dicta sunt.

Præcis Mentem autem uerborum suorum ne utiquam à nobis abscisum iri confidimus, poterimus enim ad illa penetrare & scrip= turæ col= non ita difficile, adiuti scilicet sanctis precibus, ac fidelilatio, scripturarū collatione, quae ambo iungenda sunt, Nam si praetermiserimus scripturarū inquisitionē solis preculis incubentes, ridere ac tentare deum uidebimur, sin absq; praecibus ad scripturas nos conuulerimus, fieri potest, ut errorem uel duplicemus uel confirmemus. Solent ni mentem illustrarit deus, subinde apparere probabiliora, quae minus uera, eò quod caro nostra diuinitatis expers natura sua apte desipit. Preccmur autem deum misericordiarū patrē citra hypocrisim cumq; fiducia & gratiarum actione, ut concedat

IO. OECO. EXPOSITIO.

concedat nobis idem mutuo sentire, nēpe, digna filio suo,
 per quem unanimiter ipsum uno ore in secula glorifi- **N**
 cemus, quod in naquaquam incassum fore certi sumus. Qui **O**
 enim optimus est, infœlicitate ac miseria nostra non gau- **T**
 det, & qui ueracissimus est, quomodo petentibus spiritū **A.**
 suum denegaret? aut quo pacto id beneficij subtraheret,
 faciem suam à miseris & clamantibus auertens, qui pro
 nobis in mortem crucis filium suum tradidit? Et sicut fide
 liter patrem interpellamus, ita & benignitatem illius ne
 respuamus, nobis per scripturas loquentis, in quibus præ
 ter eius gloriam & ueritatem querendum nihil. Gloriam
 autem & ueritatem nunquam inueniunt contentionis stu
 diosi. Detestanda p̄fecto rixandi libido in tantis rebus. **Contenti**
 Prorsus etiam à consuetudine ecclesiastica reuertunt, qui **osi.**
 tropos, quo loco maxime oportebat reijciunt, uel pro tro
 pis intempestiue rigida uerba exposcunt. Quid est si sex
 centies clamemus: Tropus, tropus: alius autem reclamet,
 Caue, caue tropum, & uicissim obturentur aures, ne au-
 diatur quid sibi uelit scriptura, & quomodo dicatur quod
 dicitur. Qua nimirū ratione & absurdissima quæq; eum
 ei possent. Cæterum nos hic uerba domini exosculamur,
 Sed subesse tropum idiomatis, certo commonstrare, conue-
 dente domino, nitentur. Quandoquidem per panem ut sa
 crosanctum symbolum, figuram corporis commendauit, **Tropus**
 cuius fractione & in mortem traditione, alamur & ui- **in uerbis**
 uificemur. **Christi**

Et hic ampulosa se squipedaliaq; uerba expecto, dicen- **necessario**
 tium. Nunquid æternæ sapientiæ defuerunt uerba, qui- **suscipien**
 bus **bus**

DE VERBIS CAENAE DOMINI

bus, quod uolebat eloqueretur, & quod explanandum erat, non inuolueret? Nunquid spiritus sanctus ad ferulas tanquam elementarius puer reuocandus? Nunquid parū sobrius in cena Christus uerba cōfusanea pronūit? Amici iā deprecati sumus cōtentionis impetū. nūc magis deprecamur, ne blasphemū simus in Christū. Etenim de eterna sapiētia nihil queri licet, nostram tarditatem, indignitatē ac oscitantiam deplorare oportet, qui tanto tempore uersamur cum Christo, si tamen cum illo uersamur, & nondum quid uelut deprehendimus, Immerito conquerimur, nec turbare deberet, quōd uerba Christi in aliam sententiam à plerisq; rapiantur. Nam si hoc moratur, facile omnem scripturā sacram, qua abusi sunt heretici, calumniabimur. Nō fuisset graue spiritui sancto, ita moderari uerba, ne alicubi ansam seducendi, accipere potuissent, sed ^{auit ualidioris} nonnulla esse uoluit, ut uidentes non uiderent, & apocalypsis misericordie dei donum cognoscere tur, nō uult spiritus sanctus ignauis ac superbis, sed humilibus studiosisq; thesauros suos obtingere. Quocirca & sapiens dicit. Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentie, si quesieris eam, quasi pecuniā & sicut thesauros effoderis eam, tunc intelliges timorem dei & scientiā dei inuenies. Vides quibus uerbis ad studium hortatur, ut intelligamus, & scientiam inueniamus? uult inuocare, inclinari, querere & effodere, Sic & dominus admonuit dicens. Scrutamini scripturas. Itaq; nihil Christo impropere licet, sed nostrae oscitantię crimē sciri debemus. Quis arguit deum, quōd in mōtibus uenas argenti absconderit?

Obscurior.
Quare
obscurior
interdum
scriptura.
Pro. 2.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO,

abscederit? Quis arguit sapientem, quod eius Parabolæ
 stulti nõ intelligunt, maxime si subsannetur, & tunc quã
 sermonẽ illis attemperat? Igitur qui talia obijcitis, patia=
 mini primũ, ut germanũ sensum teneamus, & si à uerbis
 uos discessisse cõprohabitis, ^{et hoc uos} uocate: si curiosi Fugitiuos
 ores fuerimus: ingratos dicite, si nõ eã quã oportet fidẽ cõ
 fitemur, hereticos clamate: iudicateq; quẽadmodũ ipsi iu
 dicari uelletis, tantum, ne ita ad literã urgete, ut moribus
 Scythæ, sensu pueri, imò stipites efficiamur, Res enim uo
 bis cum Christianis est.

Tempus est, ut acadamus ad id, in quo status sermonis,
 nõpe ut probemus uerba cenæ Dominicæ, eodẽ tropo di=
 cta, quo illa quæ apostolus dixit. Petra autẽ erat Christus
 hoc est, petra significabat Christum, uel erat figura Chri
 sti. Nam in hoc totum dissidiũ est. Si enim ^{ὄπαρτικὸς} &
 substantiue absq; tropo exposuerimus, est, asseremus cor
 pus Christi in altari non tantum sacramentaliter, ut uo=
 cant. Sed tam uere ac in cœlo est adesse, Sin nostra conue
 nit expositio, de transsubstantione uel de consubstantione
 (uti liceat aduersariorum uerbis) suspicandum nihil. Ita
 sepe ex minimis uerbulis, summæ quæstiones emergunt,
 Neque in hoc contenderim, si quis per corpus, magis figu
 ram corporis intelligi, quã uerbum uelit, est, per signi=
 cat interpretari: nam id ipsum & mihi aridet: utrumque
 tamen probò, eò quod eundem sensum reddit, siue, est sig
 nificat interpretari, siue corpus figuram & sacramen=
 tum corporis. Nos sensum, non uerba querimus.

Docerimus

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Docerimus ergo omnino esse necessarium tropum quendam, & nostrum quidem familiarem sacris literis, aduersariorum autem alienū, post hæc ea quæ cogant assumere tropū hūc nostrū: nēpe, tot absurda quæ effugimus, & uerborum contextum, & scripturas illū a nobis requirentes, interimq; comprobabimus, non temere uel frustra ab uno & altero dicto Augustini ita sentiendi occasionem nobis concessam, è quibus Magister superciliose ait, ministratum nobis insanie fomitem. Videbis autem lector, cui helleboro sit opus.

Seruant igitur sacræ literæ summam in loquendo simplicitatem, quæ tropis idiomatum constat potissimum. Est

Figure autem non infrequens, ut figuræ rerum, uocabulis rerum rerum non denotentur, ut per linguas igneas, quæ super discipulos mina son apparuerunt, uel per Columbam quæ Dominum manifestantur.

Stauit uere unctum, uel per anhelitum Christi, spiritum sanctum intelligimus, quæ constat, non ipsū spiritum sanctum esse, sed spiritus sancti inditia, qui in apostolorum cordibus, sanctius quàm in elementis inhabitabat. Sicut

Augusti. ad Euodium recitat Augustinus. Maxime cauendum, ne

” cuiquam dei natura uel patris uel filij uel spiritus sancti commutabilis uel conuertibilis esse credatur, nec moueat

” quòd aliquando res quæ significat, nomen eius rei quam

” significat, accipit. Spiritus sanctus dictus est corporali

Christus spece tanquam columba descendisse & mansisse super

Petra eum, Sic enim petra Christus, quia significat Christum,

neq; enim sensibilis lapis est Christus. In Epistolis ad Romanos. & Colos. dicimur, consepulti Christo per Baptismū

in mortem

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

in mortem, non dicit, per baptismum significamur conse-
 pulti. Sed prorsus ait: consepulti sumus. Quis ignorat
 aquam mysticam, lauacrum regenerationis appellari,
 quum aqua non regeneret, neq; filios Dei efficiat, sed de-
 claret? Ioannes erat Elias, quia in uirtute & spiritu Eli-
 am representabat, innumeros similes loquendi modos, e-
 am quotidianus usus habet. Qui clauis domus tradit cui-
 piam, Ecce, inquit, potestatem domus tibi trado, & non
 sunt illæ potestas sed symbolū. Si quis contumacior scēp-
 trum regium per iram confringeret, is argueretur se uire
 in magistratum, idq; fecisse in iniuriam eius, impune suis-
 set alioqui uirgam è qua sceptrum exussisse. Sed quia iā
 uirga illa non communis est uirga, sed symbolica, reum
 facit confringentem. In Paradiso erant arbor scientiæ bo-
 ni & mali, & arbor uitæ & mortis: num arboribus tri-
 buemus hoc quod Dei est, uiuificare & illustrare? Ma-
 rie dicitur de Ioanne: Ecce filius tuus, nimirum curam e-
 ius gesturo, & alterum filium obedientia & cura expres-
 suro, nunquid ita ineptiemus, ut quidam, qui naturalem
 mutationem stultissimè etiam in illo imaginati sunt? Quā-
 do Christus dicit: Qui minor est in regno celorum, ma-
 ior est illo, nunquid mentitus est, se enim minorem uocat,
 quia minor apparebat, reuera maior? Quomodo minor
 est maior? Et dum dicit: Omni habenti dabitur, & ab eo
 qui non habet, etiam quod habet, auferetur. Quomodo
 quis habet, quod nō habet? nisi quod figuram gerat haben-
 tis. Sed plena tropis illis est scriptura. Quid igitur tam in-

Ioannes
Elias.

Clauis,
potestas.

Maria
Ioannes.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Quære pa- solitum, si et de pane dicatur, quòd sit corpus Christi, quò
nis corpus tam multa sint, propter quæ sic dici conueniat. Frangitur
Christi uo- panis, ut corpus pascat. Occiditur corpus Christi, ut ani-
cetur. mam pascat. Panis è terra est: & corpus Christi è terra.
 In pane uita corporalis sustentatur: in promissionibus
 per IESVM Christum uita eterna anime datur. Atque
 ob has & alias similitudines, quid noui fuerit, dicere pa-
 nem corpus? Tãtum enim erat dicere: Ecce corpus, quod
 pro uobis traditur, anima uestræ cibus & panis erit. Si-
 cut autem accipitis & comeditis panem: ita & corpus
 meum spiritali modo manducate, memoriam & gratia-
 rum actionem mortis eius fideliter seruantes. Qui se ali-
 bi lucem, uitem, fontem aquæ uiuæ dixit, quid mirum, si
 & per panem simbolo omnium aptissimo & maxime
 idoneo, & in scripturis præsignato cognosci uoluit? At
 uerentur, si hic assumamus tropum, periculum, ne omnia
 quæ fidei sunt semel ouertamus. Et dum dicit Deus: Ego
 sum deus, significari dicamus deum, & non ipsum deum.
 Et si audiant, ego sum resurrectio & uita, discant figu-
 ram resurrectionis. Et ne patre attestãte, Hic est dilectus
 filius meus, in quo mihi conplacui, inducatur adoptiuus
 filius & non naturalis. Frustra, frustra metuitis & su-
 spicamini, nisi hoc & in alijs locis metuatis. Sed absq;
 formidine huius periculi exponitur. Petra erat Christus,
 Petram significasse Christum, quum tantum per omnia
 eadem ratio sit, & tam absurdum fuerit dicere, corpus
 Christi in pane, quàm uerum Christum in lapide, & spi-
 ritum

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

ritum sanctum in columba. Cogit enim Paulus, ut fateamur asserere eundem spiritualem cibum fuisse patribus qui & nobis est, & petram illis fuisse Christum. Vnde Augustinus in libro de utilitate agenda poenitentiae ait: **Augusti**
 Breuiter ego dixerim. Quicumq; in manna Christum intellexerunt, eundem quem nos cibum spiritualem manducauerunt, Quicumq; autem de manna solam saturitatem quaesierunt, patres infidelium, manducauerunt & mortui sunt, sic etiam eundem potum. Petra enim Christus. eundem ergo potum quem nos, sed spiritualem, id est, qui fide capiebatur, non qui corpore hauriebatur. Sufficisset alioqui dicere spiritalem cibum, sed dicit eundem. Si igitur illic nihil periculi, quid tam meticulosi hic estis? ex peccate autem paulisper et cognoscetis multa absurda, si aliter & sicut uos interpretati fuerimus, quae in obiectis sermonibus nemo formidaret Christianus. iam quod in plerisque exemplis adductis, desideratur, uerum est, nihil refert, Nam & Lucas in benedictione calicis non dicit, hoc est poculum, sed hoc poculum. Sciunt Hebraicae litteraturae periti, id esse proprium linguae hebraeae, pro uerbo substantiuo contentam esse, pronomine uel aduerbio demonstrandi, id quod et argumentum est, Christum in idiomate suo aliter enunciaisse quam nos, utcumq; digladiemur super uerbis do. De agno paschali legimus: פסחא דביתא דמריהו Phasē ipsum domini, id est, est transitus domini, nam phasē transitum significat. Deniq; non est uis, siue exponas Est pro significat, siue relinquas in

DE VERBIS CAENAE DOMINI

genuino significato, & rem exponas figuram rei, ut, **A-**
g-uis est phase Domini, id est, figura phase. Neq; enim
 de uerbo contendere placet, ubi de sententia constat, que
 eadem redditur.

Satis manifestum, o aduersarij, non insolitam, neque
 ignotam nostram expositionem, sed nihil alienius uestra.
 Proferte & uos uestro similes loquendi modos, imò nul-
 lus, quantum ego scio, audiuit unquam eius generis.
 Neque enim eiusdem coniugationis esse potest cum illis:
 Ego sum resurrectio & uita. Ego sum panis q; de celo.
 Percurre per omnia predicabilium genera, & uide quid
 dixeris, si adhaeres literæ. Est, substantialiter uis exponi.
 Nunquid corpus est genus, uel species, uel differentia, aut
 substantialis, aut propria, aut aduentitia, quando predi-
 catur de pane? Nihil horum congruere poterit, dum di-
 cis: Hoc est corpus. Corpus non est genus, neq; species pa-
 nis. Nullus enim phreneticus hoc somniaret: neq; predi-
 catur idem de seipso: quis enim ita deliraret? neq; facta est
 una natura ex duabus non alteratis, neq; numerabis duo
 indiuidua in uno indiuiduo. Non minus autem ineptire-
 tur, imò extremè blasphemaretur, si quis corpus Christi
 dicat accidens, nisi fortè per modum relatiui, nō quòd sit
 relatio, sed quòd relatiuum sit, in se habitudinem conti-
 nens. Erit enim signatum signi. At impossibile fuerit, ue-
 ram esse predicationem relatiui de correlatiuo, ut uocāt.
 Nunquam enim pater, ut pater filius est: neq; signum, ut
 signum, signatum est. Apage cum nugis, imò cū blasphe-
 mijs.

I. O. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

mijs. Non relinquitur ergo tibi, aliud quod dicas, quam quod corpus est, περιεκτικῶς exponas. Hoc est corpus, id est, in hoc, est uel continetur corpus: uel, hoc uersum est in corpus. Sed profer, quæso, in corporalibus eius modi loquutionem, & uide quot absurda. Poterat certe Christus paulo pluribus uerbis dixisse: Panis factus est corpus meum: uel, in illo pane est corpus meum: uel in illum panem uersum est corpus meum, quales uos uolētās interpretationes afferis, ut constet uestra sententia. Sed ubi ita loquitur scriptura, de re subito orta uel mutata, ut per copulam est, rei quæ non sui naturalis sit, tanquam prædicatum subiecto, res commutetur & prædicetur. Sanè de miraculis & uersionibus apud Moysen legimus: Dicit Dominus ad Moysen. Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. Dixitq; Dominus: Projice eam in terram. Proiecit, & uersa est in Colubrum, ita ut fugeret Moysen. Dixitq; Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, uersaque est in uirgam. Idem est uidere in alijs locis, quoties de mutationibus est sermo, ut: Gustauit architrachelinus aquam uinum factam. In rebus tamen, quæ sensu ipso comprobantur, non opus erat accuratiore uerborū diligentia, quam in his uestris miraculis.

Sed date uel è triuio similem loquutionem: nunquid ille quadrat: Ferrum est ignis, quādo est ignitum: quam Cyrillus in aliam sententiam uerè ac pie adducit: nempe, quod duæ naturæ, diuina & humana; unam constituent

i. cōten-
tiue.

Virga
Mosis.

Aqua in
uinum.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

naturam, sicut ignis & ferrum, unum corpus. Vbi ignem nimirum pro ignea ui intelligit, quæ ferro insit ueluti animans. Et deitas spiritus est, quæ unam cum humanitate personam constituit, & ita totamignit, ut nihil in Christo deitatis sit expers. Verum hic afferenda erit similitudo corporis sensibilis in corpore. Nam si substantialem prædicationem dixeris, ferrum est ignis, nunquam uera erit, neq; possibile est, ut sic exponas. Quin & si dicas panis continet corpus, uide quid sequitur: Ergo panis locus erit, & unum corpus erit in multis locis, & multa corpora in uno loco, & corpus in corpore, & corpus in atomo & puncto. Eo enim tandem sermo ducet, ut & in atomo panis, si dari posset, integrum poneretis corpus.

Quis nunc insana loquitur? Sed rapsodus ac Scholæ, cum suo Papa à tam absurdis abhorrentes, malunt dicere, substantiam in nihilum uerti, uel in ipsum corpus Chri

sti, etiam contradicente sensu ac scripturis, quàm ita ridi-
 cula loqui, & omnibus gentibus esse ludibrio, quamuis
 & ipsi euadentes Scyllam, in Charibdi sunt naufragati.
 Quid enim designabunt per hæc, dicentes: Hoc est cor-
 pus meum: Nunquid accidentia? Atqui corpus corpori
 suum accidens non mutuatur. Nunquid idem de se præ-
 dicatur? Hoc fortasse esset, quod Carolstadio reuelatum,
 qui toto refert ad corpus. Sed ubi manet sacramenti
 ratio? Et quare in poculo etiam non dicitur: Hic sanguis
 est sanguis meus, sed: Hic est calix sanguinis. Vnde ne-
 cessarium, ut & tropus assumatur, longè alienior à
 scriptura

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

Scriptura hoc nostro, quem non esse indignum Christo, nos absurdum, quomodo interpretatio uestra non est tolerabilis edoccebimus.

Certum habemus canonem, ubi admittendi sint tropi uel non. Neq; enim ita exponenda scriptura, ut inconuenientia sequantur, quoniam eloquia dei examinata sunt, sicut aurum & argentum, quibus nihil adheret scoriae. Deinde obseruandum, quid series orationis doceat, ut non uideatur hiulea & discrepta. Constat enim sibi spiritus sanctus, nec confusaneum habet sermonem, qualem arreticij. Ad haec scripturas cum scripturis conferre oportet, ne sibi pugnent. Haec pro nobis sunt omnia, & ut tropum agnoscamus, urgent hic maxime, si uspiam.

Vbi admit
tendi tropi.

Quantis autem iam dicta sint, satis multa absoua, quae uestram sententiam comitantur, dicemus autem & quedam alia. Neq; est quod dicitis, mihi & crassulis alijs absurda quidem uideri, sed non esse. Ita nos e sublimi despicitis. At non est quod dicitis, nam haec spirituales, & hi qui gloriam patris & Christi quaerunt, iudicant absurda carnalibus omnia plana sunt, & nullus of fendiculo fit scrupulus. Quid indignius Christiano, quam multos asserere Christos, & multa sacrificia unum esse Christum in caelis, & alterum in terris, imò innumeros, & tot quot sunt aerae, & in una ara plurimos? id quod ex uestra sententia sequi necessarium, si in pane corpus Christi realiter est. Hanc absurditatem non ego, sed Chryso

Multa
Christi.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Gratianus
in signis
a sinus.

Chryso-
stomus.

mus colligit in epistola ad Heb. cuius sententiam Grati-
anus tribuit Ambrosio, sed non fuit illi rarū, author ē pro
authore citare, ut uideas indigentiam ac incuriam, dū
temere quæuis adnotatur non consultis originalibus.
Verba autem Chryso-stomi hæc sunt: Nōne per singulos
dies offerimus, offerimus quædē, sed ad recordationē mor-
tis eius faciētes. Et una est hæc hostia, nō multa. Et quia
semel oblata est hæc hostia, oblata est in sancta sanctorū.
Hoc autem sacrificium, exemplar est illius: id ipsum sem-
per offerimus, nec nunc quidem alium, crastina alium,
sed semper id ipsum. Proinde unum est hoc sacrificium,
alioqui quomodo in multis locis offertur. Multi sunt
CHRISTI. Nequaquam: sed unus ubiq; est CHRI-
STVS, & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut e-
nim qui ubique offertur, unum corpus est, & non multa
corpora, ita etiam unum sacrificium. Pontifex autem no-
ster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit, ipsam
offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem, & consu-
mi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in comme-
morationem quidem eius fit, quod factum est. Hoc enim
facite, inquit, in meam commemorationem. Non aliud
sacrificium, sicut pontifex, sed idipsū semper facimus,
imò recordationē sacrificij opamur. Hæc Chryso-stomus.

An non satis nobis astipulatur, si quis purgatoribus
uideat oculis? Acuti tamen aduersarij sibi seruire hæc di-
cta persuadere uolunt, quasi idem Christi corpus sit in
cælo & in altari, & ita esse unam hostiam, persuasuri
scilicet

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

scilicet multa esse unum, & præterita esse præsentia, nõ
 esse diuersa figuram & figuratum. At nos beati patris
 expendamus uerba, concedentes interim, quòd Euchari=
 stiam sacrificium uocat et oblationem, sensu quidem pio,
 uoce uero non omnibus probata. Sed de uerbis & uocula
 nihil attinet contendere. Declarat autem seipsum, quid
 sacrificium et oblationem dicat, nempe nihil aliud, quàm
 recordationem oblationis. Et sicut sacrificium se habet,
 ita & corpus. Vnde hic est recordatio corporis, quæ i=
 psium corpus dicitur. Distinguit autem inter oblatiõem,
 quæ semel facta, & quotidianam. Nam illa est unica, &
 in Sancta sanctorum illata. Oblatio autem quotidiana,
 est exemplar & $\mu\upsilon\eta\mu\acute{o}\sigma\omega\upsilon\mu$: Nam licet multæ sunt memo=
 recordationes & gratiarum actiones, unius tamẽ hostiæ riale.
 sunt, cuius ubiq; memoria par. Nã unus ubiq; est CHRI
 STVS: alioqui multi essent Christi. Vnum, & eundem
 per recordationem in multis locis esse non est absurdum.
 Etiam ea quæ præterita uel futura sunt, recordatione fi=
 unt præsentia & representantur, alioquin omnibus mo
 dis impossibile, ut ea quæ non sunt, sint: sicut & ea quæ
 sunt, dum sunt, non possunt non esse. Et ad finem iterum
 explicat. Hoc quod nos facimus, in commemorationem
 fit: nec contentus repetisse, exponit per correctionem
 quid sit quod dixit: id ipsum semper facimus, nempe re=
 cordationem sacrificij operamur. Deniq; ne quid uulga=
 re dictum credamus, præter morem suum addit: Non no
 stra sunt, sed diuini spiritus quæ loquimur.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Colligitur ergo, quod corpus Christi exemplar sit, & ut Basilius dixit, *ἔντι τύπον*. Si exemplar, ergo figuram et habitudinē alterius gerit corporis, quod per illud in figura & significatiōe exprimitur. Nec est q̄ argute tur q̄s, idē corpus quod nūc in pane, figurā esse sui ipsius ut erat in cruce: nā si figura est, sua in pane præsētia, necesse erit, ut tale quiddā in se recipiat, per quod se absens figuret. Iterū igitur cruci figēdus? Erāt uituli legales figura, sed cadebātur. Si igitur corpus præsēs, figura erit absens, & passione quaddā præsenti reficabit prioris passiois memoriā. Aut dices, corpus quidē præsens, exemplar autem esse in his quæ pani accidūt. Ociosus igitur aderit Christus, et corpus nō erit exemplar? Vide ergo, quantarū absurditatū parens sit unica absurditas. Iam quæ auris Christiana Marcionitarū blasphemiā ferret patiēter qui hac uestra expositiōe suā tutari nitebātur heresim, dicebātq̄, corpus Christi phantasticū, non quate hoc nostrū, sed quod oculis ac tactui illuderet, atq̄ ita nō esse uere passum. Quod autem hæc pro errore suo confirmando assūpserint, indicat Tertulianus libro contra Marcionem

» quarto, dicens: Professus itaq̄ se concupiscentia concupisse edere pascha, ut suum (indignum enim ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem, & distributum discipulis, corpus suum illum fecit: Hoc est corpus meum dicendo, id est figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Caterum uacua res, quod

Basilius.

Cauillus.

Dilutio

Marcionitarum hæresis.

Tertulianus.

Panis figura corporis,

10. OECOLAMPADII EXPOSITIO:

res, quod est phantasma, figuram capere non posset.
Ita Tertulianus.

Verum operæ precium fuerit, uerba Tertuliani pluribus expedire. Sunt enim, qui errorem suum manifestis uerbis stabiliunt, quibus illum ponere ualcrent. Agit autem contra Marcionem, qui inter cætera, Deum ueteris testamenti, & legem, & creaturas, tanquam mala, Christum uero putatiuum corpus assumpsisse blasphemabat. Dicendo igitur, quod indignum sit concupiscere aliquid alienum, docet panem esse bonam creaturam Dei boni, alioqui non accepisset illum in manus, nec desiderio desiderasset. Deinde cum dixisset: Fecit illum corpus suum, exponit, ne fortasse quis sentiat, quod ego olim persuasus eram, sed ut intelligatur, sicut decet. Exponit autem sic: **HOC EST CORPUS MEVM** dicendo, id est, figura corporis mei. Vides quomodo interpretetur, est corpus, id est, figura corporis? Siue igitur dicas, **EST**, pro significat, siue corpus, id est, figura corporis, meam confirmabis, tuamque destrues sententiam. Rectè autem hoc opponit Marcioni, qui ex uerbis illis ferè in hunc modum arguisse colligitur: **CHRISTVS** dixit: Hoc est corpus meum, & corpus illud, uisui & tactui imponit, nec sentitur: eius ergo naturæ est corpus **CHRISTI**, nempe phantasticum, & quale corpus in pane, tale est & in cruce.

Neque parui momenti fuisse argumentum, siquidem uestra substi

DE VERBIS CAENAE DOMINI

stra subsisteret opinio. Quis enim non suspicari posset, Christum se potuisse subaucere, & in similitudine tantū passum esse, qui in hunc modum delutescere se dicit, maxime subdens: Hoc esse corpus, quod pro ipsis tradatur. In tempore igitur notham et adulterinam expositionem detegit, docens per corpus figuram corporis intelligi. Porro ne aliud quiddam somnies per figuram, quàm quod uolebat, mentem suam clarius aperit: Figura, inquit, non fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Ceterum uacua res quod est phantasma, figuram capere non posset. Quibus uerbis docere uult, figuram non esse, nisi rei figuratæ, et ubi non est res solida figurabilis, ibi neq; figura in re solida erit. iam si corpus Christi phantasticum, non erit figura eius in pane, quæ res est solida. Imprimat enim quis in corpus somnium, & erit Apelle pingendo superior? Non est autem mens Tertulliani: Figura non fuisset, nisi ueritatis esset corpus: quasi dicat, nisi uerum corpus Christi lateret in pane. Sicut dictum Augustini quidam putide exponunt. Donec sæculum finiatur, sursum est dominus, sed tamen etiam hic nobiscum ueritas est Domini. Corpus enim in quo resurrexit, in uno loco esse oportet, ueritas autem eius ubiq; est. Veritas, exponunt, id est, uerum corpus in forma panis, in altari quolibet, ubi cõsecratur, hoc est, ubiq;. Bellas profecto nugas, ut ubi Christus per gratiam, illic sit & corpore. At nos Tertulliani sensum indagemus. Non enim ponit corpus impanatum (nouare liceat in re noua uerbum) sed corpus Christi è uirgine uerum

Augu-
stini
uerba
ridicule
inter=
pretata
Corpus
impa=
natum

10. OECOLAMPADII EXPOSITIO:

uerum, quod nisi uerum esset, per nullam rem solidam si gurari posset.

Et ne Marcion in pane uerum corpus, & extra panem phantasticum dicere queat, ultra eum protrudit, & refutat dicēs: Aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat ueritate, ergo panem debuit trade re pro nobis. Faciebat ad uanitatem Marcionis, ut panis Tertuli pro nobis crucifigeretur? An non & Magistro tale quid anus obijci possu? nēpe quod Christus crucifigendus, eo modo quo in pane, quandoquidem apud Paulum est, corpus qui dem pro nobis frangitur. Et si tale corpus, aut erat inuul nerabile, & erat phantasticum, aut si uulnerabile, attere Incom batur discipulorum dētibus, ut pote, nondum glorificatū. Dices, natura quidem uulnerabile, non autem in pane. in que Quomodo igitur, panis uere significabit corpus, quod in inciūt illo testaris contentum? nam & panis etiam ob fractio Capet nem, symbo:um erat morituri corporis, nihil tam repu nitā. gnat sacramento, quā signando mentiri. Porro nunc clarius ex eodem authore cognoscimus, quomodo panis sit figura. Non est enim spernenda eius auctoritas, nam licet alibi fides eius à catholicis non probetur per omnia, in his tamen à nullo unquam reprobatus fuit. Et Cy Cypri prianus eum tani fecit, ut nullum diem absq; lectione anus eius transmitteret, quando & magistrum illum appella re solitus est. Itaq; acriter tractans Marcionem subdit. Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis Tertuli peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelli= anus.

gens

DE VERBIS CAENAE DOMINI

gens, ueterem fuisse figuram corporis CHRISTI dicentis per Ieremiam: Aduersus me cogitauerunt cogitatum, dicentes: Venite, conijciamus lignum in panem eius, scilicet crucem in corpus eius. Itaque illuminator antiquitatum, quid tunc uoluerit signficasse, satis declarauit, corpus suum uocans panem.

Ne te pigeat lector amice, si quasdam illustrationes illis adnotaro. Sunt enim tardiores quidam ingenio, qui Tertuliani uerba non recte intelligunt, increasante cor eorum pristini erroris adipe, id quod & mihi prima lectione obueniebat.

Mar-
cion.

Obijcit Marcion:

Si de pane ideo dixit, quod sit corpus, quia figura est corporis, poterat idem de pepone, uel caseo, uel pomo affirmare. Sicut enim panis frangitur, editur, alit, & in hoc est figura corporis, ita & caseus, uel pepo, uel pomum, poterant esse figura corporis: nam & illa franguntur, traduntur, eduntur, alunt, uitamq; sustentant. Tali cuiquam obiectioni lepide respondet, dicens: Marcionem peponaceum, hoc est, insulsum ac stupidum habere pectus, qui tam procul a uero scripturae intellectu absit, non animaduertens, illa CHRISTVM peculiariter delegisse in figuris, de quibus iam antea per Prophetas dictum. Poterat & alio tempore pati, sed uoluit tempore Paschae. Poterat & ab extraneo prodi, sed uoluit a discipulo. Poterat absque premio tradi, sed ubique adimplet quod Prophetae praedixerunt. Vnde
& illu-

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

Et illuminatorem uocat antiquitatum.

Ita et postea dicit Tertulianus: Sanguinis ueterem figuram fuisse in uino, teste Esaia, qui dicit: Quare rubra uestimenta tua, et indumenta, sicut de foro torcularis pleno, conculcato. Spiritus enim propheticus, uelut iam contemplabundus, DOMINVM ad passionem uenientem, carne scilicet uestitum, ut in ea passum, cruentum habitum carnis, in uestimentorum rubore designat, conculcata et expressa ui passionis, tanquam in foro torcularis, quia exinde quasi cruentati homines, de uini rubore descendant. Multo manifestius, Genesis in benedictione iude: Lauabit, inquit, in uino stolam suam, et in sanguine uuae amictum suum, stolam et amictum carnem demonstrans, et uinum, sanguinem. Ita et nunc sanguinem suum in uino consecrauit, qui tunc uinum in sanguine figurauit. Hucusque ex Tertuliano descripsi.

Caue autem ultimo loco, ne in uerbulo consecrandi Consecrassetis. Non est enim consecrare, unam rem in aliam trahere. uertere uel includere, sed commendare, ut rem ulterius non communem et prophanam, sancto autem usui, hoc est, in hoc loco, memoriae passionis, et scederi charitatis dedicare et accommodare. Dicit itaque: Sicut olim uinum figuram esse uoluit sanguinis, ita nunc quoque memoriam sanguinis in uino uoluit haberi commendatam.

Porro hic didicimus, Sententiariorum, etiam ignorantes
et inuitos

DE VERBIS CAENAE DOMINI

et inuitos, ad Marcionitarum heresim accedere. Nam si reale Christi corpus, panem, sub panis speciebus dicunt, respondebit illi, corpus prout sedet cum discipulis. et crucifigendum, eritque corpus respondens, ut exemplar ac figura: iam licet uerum corpus sit, non erit tamen uerum, si ad illud conferatur. Et si dixerint, unum et idem corpus in uarijs locis, dicant et hoc, quod idem sit exemplar sui ipsius, et relatiuum sine correlatiuo: dent patri, et sine filio: dent imaginem, sine eo cuius est imago. Quicquid dixerint, relatio duorum erit, et figuram adesse, consensus priscorum docet, ac res ipsa.

Obiectio.

Iam si pergant obijcere, nihil discriminis relinqui inter nouam legem et ueterem: si quidem panis ille figura est corporis Christi, et non ueritas: quid enim illi non obijciunt? At quid si ad pleraque annuero, et fatear: omnes eandem escam spiritualem manducasse, tam patres, quam nos, non utique errauerim. Pauli enim, imò Christi per organum electum uerba sunt, neque uideo, quid inter nos et inter illos multum intersit, quam quod exhibitus est nobis Christus, quem illi magnis expectarunt desiderijs, et quem nos sequimur, illi praecesserunt. Nos sanè ante quorum oculos crucifixus Christus, aliquanto feliciores Patribus, modo illis fide non sumus inferiores. Multi Reges ac Prophetae non uiderunt, licet desiderassent quae nos uidemus. Quamuis autem in ceremonijs nonnihil uariatum, prout temporibus congruit citra periculum et iacturam illud contigit, modo idem Christus heri et hodie, qui

Solutio

futurus,

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

fiurus, qui est, & qui erit. Habuerunt illi fidem in esu
agni, in manna, in sacrificijs: nos habebimus, in esu sa-
crati panis: utrosque autem idem uegetat Christus. Ces-
sarunt figurae illorum, quia successit ueritas: & quia ue-
ritas illuxit, perpetuo duraturus ritus institutus est, quo
beneficij recepti simus memores.

Patres qui solum manna comederunt, permanentes
in sua incredulitate mortui sunt: qui autem ex illis com-
munionem fidei panem caelestem manducarunt, uiuunt, &
in aeternum uiuent. Abraam enim, Isaac, Iacob, Mose,
& eiusdem fidei participes, etiam hi, qui ante diluuium
fuerunt, quamuis ex hac uita migrarint, mortui tamen non
sunt, sed uiuunt. DE V S enim, non mortuorum, sed
uiuorum Deus est. Et qui ex nobis sacramentali pane
uescuntur, nonne & ipsi moriuntur? Et si alimonie di-
uinae, hoc est, fidei, fuerint expertes, nonne etiam du-
plici morte conterentur? Quod igitur tantum discri-
men in illis?

Eccē autem & nunc inconueniens non querenti oc-
currit, quod Christianus admiserit minimē. Nam si ca-
ro CHRISTI in pane esset, quae in manna, uel Diuidit
in agno esse non poterat, non solum religionis modus, Ecclesia
sed & religio uariata esset: itaque plurimum Patribus Christi,
denegatum. Nam pars aliquanta nostrae religionis non & quae
ceremonialis, quae à carne CHRISTI pen- nunc est,
det, non ita ac nobis, nota Patribus fuit. Quanto splen- Caperna
didiores nostrae mensae illorum altaribus? Absit autem ita.

D ut spiritus

DE VERBIS CAENAE DOMINI

ut spirituales, qui sub lege, Messiamque expectabant in fide, pauperiores nobis fuerint, quibus manifestatus est. Tantum obscuriora illis, manifestiora nobis sunt sacramenta. Nobis quidem manifestatus est CHR(ISTUS), panis autem noster agno illorum spiritualium non est preciosior: praeterea non magis praedicandus, neque Patriarchis fideles nostri beatiores sunt: Quos aequavit fides, non reddunt inferiores sacramenta. Sicut ad Marcellinum Augustinus scripsit: Homini acuto suffecerit alijs sacramentis praenunciari CHRISTVM, quum uenturus esset, alijs quum uenisset, annunciari oportuisse: sicut modo loquentes id ipsum diuersitas rerum compulit etiam uerba mutare. Siquidem aliud est praenunciari, aliud annunciar: aliud quum uenisset, aliud quum uenturus esset.

Augustinus.

Facit ad hoc et aliud Augustini testimonium, in libello De utilitate agenda poenitentiae: Manducauerunt inquit, manna, et mortui sunt. Id est, manna, quod manducauerunt, non illos potuit de morte liberare, non quia ipsum manna mors eis fuit, sed quia a morte non liberauit. Ille enim liberaturus erat a morte, qui per manna figurabatur. Ego sum, inquit, panis uiuus, qui de caelo descendi. Haec Augustinus. An non et idem de nobis dicere licebit, quod sacramentum ali pane quem manducaemus, a morte non liberamur, sed ab illo, qui per panem significatur. Sed audiamus, quid mox subdat ad haec: Eundem, inquit Augustinus, cibum spiritualem manducarunt.

Quid est

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

Quid est eundem, nisi quia eum, quem manducamus et nos. Et paulo post: Suffecerat ut diceret: cibum spirituale manducauerunt: eundem, inquit. Eundem non inuenio quo modo intelligā, nisi eum quem māducamus et nos. Quid ergo, ait aliquis, Hoc erat manna illud, quod ego nunc accipio. Ergo nihil modo uenit, si ante iam fuit? ergo euacuatum est scandalum crucis? quomodo ergo eundem, nisi quia addit spiritualem. Nam qui manna illud sic acceperunt, ut tantummodo indigentie suae corporali satifficri putarent, et uentrem suum pasci, non mentem, nihil magnum manducauerunt, factum est satis eorum indigentiae. Alios Deus punit, alijs aliquid nunciauit. Hi tales et cibum corporalem manducarunt, non cibum spiritualem. Quos ergo dicit, patres nostros eundem cibum spiritualem manducasse, quos putamus fratres, nisi eos qui uere patres nostri fuerunt, imò patres nostri non fuerunt, sed sunt: omnes illi uiuunt. Sicut enim quibusdam infidelibus dicit Dominus: Patres uestri manducauerunt manna in eremo, et mortui sunt. Quid est enim, Patres uestri, nisi quos infidelitate imitamus, quorum uias non credendo, et Deo resistendo sectamini. Et iterum non multo inferius: Sicut ergo hoc loco Patres nostri manducarunt manna in eremo, et mortui sunt: non enim intellexerunt quod manducarunt: Itaque non intelligentes, cibum non nisi corporalem acceperunt. Sic et Apostolus dicit, Patres nostros, non patres infidelium, non patres impiorum, manducantes et morientes, sed patres nostros, patres fidelium, spiritualem cibum manducasse, et ideo eundem.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Erant enim ibi, qui quod manducabant, intelligebant.
Erant ibi, quibus plus CHRISTVS in corde, quam
manna in ore. Quid de alijs loquemur? Inde erat primi-
tus ipse Mose famulus Dei, fidelis in tota domo eius, sci-
ens quid dispenseret, & quia illo tempore ita dispen-
sari debuerunt.

In prolo
go Psal. 73.
Nonne illis, satis euidenter Augustinus docuit, Pa-
tres, quantum ad rationem sacramentorum attinet, no-
bis non inferiores: & perspicuum est, quid sibi uelit alio
loco, dicens: Sacramenta nouæ legis salubriora, & felici-
ora, his quæ in ueteri lege, eo quod illa promittant, hæc
dant: non quod eam uim habeant, ut præstent per se salu-
tem, et causa salutis in sacramentis possideatur, sed quod
indigent manifestatum, non iam cum Patribus expectan-
dum. Vnde in definitione sacramenti, quando dicitur: Sa-
cramentum est sacræ rei signum, ita ut imaginem gerat,
& causa existat. Causa non ad efficientiam, sed ad si-
gnificantiam euidentiam referri debet.

Interim tamen animaduerte, quando Patres dicunt:
Sacramenta nouæ legis præstare salutem, respicere eos
ad CHRISTVM ipsum incarnatum uel passum,
multiphariam in ueteri testamento præsignatum, quo-
niam & ipse $\mu\upsilon\sigma\upsilon\gamma\iota\omicron\pi$ & sacramentum nostrum est,
etiam si è medio tollantur omnia symbola externa, qui-
bus utitur Ecclesia. Quod quia attendere plerique non
curarunt, scædè nonnunquam sunt lapsi.

Et uide, an non hoc & in Eucharistia contigerit, id
quod

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO:

quod mihi uerisimile est. Dicentes enim pij, CHRIS-
 T V M ipsum cibum animarum suarum, & sacra-
 mentum illud omnium seculorum, non externum pa-
 nem, occasionem dederunt simplicioribus asserendi,
 CHRIST V M in ipso pane realiter, ut aiunt, esse, &
 panis substantiam fieri CHRIST I corpus. Inualuit
 postea perniciosus error, scriptoribus luxuria uerborum
 magnificentiam rei attestantibus, nunc transelementati-
 onem, nunc uersionem uocare audentibus, quod crasti-
 ores capere non potuerunt, sua somnia fingentes. Quo-
 modo & illud in sermone quodam Chryso-
 stomi, qui hora terribilis mensæ mysticæ in uaniloquis
 conuenticulis occupati sunt. Quid facis homo, inquit, Chryso-
 stomus.
 Non promisisti Sacerdoti qui dixit: Sursum mentem &
 corda, & dixisti: Habemus ad Dominum? Non re-
 uereris & erubescis. Et illa ipsa hora mendax inueni-
 ris. Papæ: Mensa mysterijs instructa est, & agnus
 Dei pro te immolatur. Sacerdos pro te angitur, ignis
 spiritualis ex sacra mensa refluat. Seraphim astant, sex-
 alis faciem Dei tegentes: omnes incorporeæ uirtutes pro
 te cum Sacerdote intercedunt. Ignis spiritualis è caelo
 descendit, sanguis in cratere, in tuam purificationem ex
 immaculato latere haustus est. Et non erubescis, reue-
 reris, & confunderis, neque D E V M propitium ti-
 bi facis. Non conscientia tua te iudicat, ô homo. Cen-
 tum sexaginta octo horas habente hebdomada, unam &
 solam horam sibi ipsi segregauit Deus, & hanc in opera

DE VERBIS CAENAE DOMINI

secularia, & in ridicula, & in conuenticula insumis?
 cum qua postea fiducia ad mysteria accedes? O quam
 polluta conscientia. Num si steruus manibus haberes, au-
 deres appropriare fimbriae Regis? Minimè. Num uides
 panem? num uinum? num sicut reliqui cibi in secessum
 uadunt? Absit, ne sic cogites, Quemadmodum enim
 si cera igni adhibita, illi assimilatur, nihil substantiae
 remanet, nihil superfluit, sic & hic puta mysteria con-
 sumi à corporis substantia, propter quod & accedentes
 ne putetis, quod accipiatis diuinum corpus ab homine,
 sed ab ipsis Seraphin ignem, quem scilicet Esaias forci-
 pe uidit eos accipere. Reputate salutarem sanguinem,
 quasi è diuino & impolluto latere effluere, & ita appro-
 ximantes, puris labijs accipite. Hec in quodam ser-
 mone Chrysostomi. Cui non absimilia & Rhomanus
 Gregorius dicit. At si quis hebetior illa legit, statim iu-
 rabit & Chrysostomum consentire, non attendens quo-
 modo loquatur. Quod si ita interpretari contenderit,
 quid faciet ex Sacerdote, & ministris, & altari, & i-
 gni, & calice? Nonne illos mutabit in CHRISTVM:
 istos, in Seraphin: ignem, in spiritum sanctum: calicem,
 in latus CHRISTI? Sed de hoc non contenditur,
 & Diaconi uerè Diaconi, & non seraphin esse salua si-
 gnificatione conceduntur. In solis pane & uino, con-
 trouerfia sine caret, & præter significantiam exigun-
 tur miracula supra modum stupenda & incredibilia. Si
 miles

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

miles propè occurrunt loquutiones, Homilia octogesima
 tertia super Mattheum, ubi Sacerdotem CHRISTVM,
 & mensam nostram, mensam cœnaculi quod in Hie=
 rusalem: & templum, cœnaculum: & pauperes, mon=
 tem oliuarum facit: & adhuc in unare ita heremus?

Nemo offenditur legens in Cypriano ad Ceciliam,
 populum adunatum in sacramento, propter mixtionem
 aque, & offenduntur, quòd post CHRISTVM
 unum sanguinem dicimus, absque transelementatione
 miraculosa. Heu quis satis deplorarit scriptorum mi=
 seriam, quorum labores, apri & bestie disperdunt, &
 antidota in uenena conuertunt. Cœterum ad Augusti=
 num redeo, qui capite decimo octauo ad Petrum Diaco=
 num, quod solum hanc litem dirimere poterat, dilucidè
 super hac re agit. Ostendit enim Petro illi, quantum in
 ea re scire satis: sufficientemq; fidei regulam tradit, ue=
 luti orientales uersaturo sensus aliquis hereticæ prauita=
 tis surrepere queat: at nos quamuis eam regulam synce=
 riter fateamur, hac tempestate pessima non defendit,
 quin & hæretici & insani uocemur: quam contu=
 meliam DEO Patri relinquimus, an eam ulcisci uelit.
 Nostrum est, & patienter ferre, & uindictam non so=
 lum non rogare, sed & deprecari.

Cypria
 nus.

Augu=
 stinus.

Dicit autem Augustinus: Firmissime tene, et nullate
 nus dubites, ipsum unigenitum Domini, uerbum carnem
 factum, se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiam

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Deo in odorem suauitatis : cui cum Patre & spiritu sancto, à Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus, tempore Veteris Testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est, tempore Noui Testamenti, cum patre & spiritu sancto, cum quibus illi est una diuinitas, sacrificium panis & uini, in fide & charitate, sancta Ecclesia catholica, per uniuersum orbem terræ, offerre non cessat. In illis enim carnalibus uictimis, figuratio fuit carnis CHRISTI, quam pro peccatis nostris, ipse sine peccato fuerat oblaturus : & sanguinis, quem erat effusus, in remissionem peccatorum nostrorum.

In isto autem sacrificio, gratiarum actio, atque commemoratio est carnis CHRISTI, quam pro nobis obtulit : & sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit. De quo beatus Paulus dicit : Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs, quid nobis esset donandum, figuratè significabatur : in hoc autem sacrificio, quid nobis donatum sit, euidenter ostenditur. In illis ergo sacrificijs, prænunciabatur filius Dei pro impijs occidendus : in hoc autem, pro impijs annuntiatur occisus. Hæc Augustinus.

Carnis impanatio neglecta Augustino.

Nonne omnia satis aperte & perspicue prodidit, ac prorsus nostræ consentanea sententiæ. Rationem sacramenti docet, impanationem carnis, quæ tamen necessaria erat, si quidem ad fidem pertinebat, non commen-

dat.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO,

dat. Et liquidum est, non minus admittendum tropum sermonis, dum dicit CHRISTVS: Hoc est corpus meum, quàm dum Paulus inquit: Petra erat Christus. Sicut enim Patres, per corporalem cibum instruebantur de spiritali: ita & nos quoque. Et sicut nobis corpus CHRISTI est panis, ita illis CHRISTVS erat manna. Aut Patribus, & amicis Dei dilectissimis & omnium sanctissimis denegatum fuisset, quod nunc in pollutis impientissimorum hominum manibus tractari uulgo dicitur. Ignosce quæso digressionibus lector, quandoquidem ita digredi est in ipsissima orbita mansisse.

Est & hoc fidelibus auditu graue, si dicuntur per frustra Christum facta, quæ sapientiam eius non testentur, sed ascribunt frustra, & absque utilitate compareant. Quomodo enim ita ineptiret Christus, cuius omnia opera in bonitate & sapientia fiunt? Referant igitur, quid agat in pane corporalis presentia, quod absq; illa sacramentum per se non possit. Referant aliquid, uel ante manducationem, uel in manducatione. Et uideamus primum ante manducationem, commendetur ne aliquid amplius. Certè Christus dedit corpus ad manducandum, non ad ostentandum, uel ad circumferendum, uel ad reseruandum in arcis. Dicit enim: Accipite, & comedite: non dicit: Circūferte, ostendite, uel reseruate. Respondent quidam: Antequam comedamus, accipimus: & antequam accipimus, præsens est. Edi non potest, quod non sumitur: nec sumitur, quod nõ adest. Vnde quum corpus Christi manducamus, iam an-

DE VERBIS CAENAE DOMINI

tea praesens habuimus. Atqui facillime refelli poterunt. Accipi enim dicimus corpus, quomodo manducatur: & praesens esse, quomodo accipitur: & quia non manducatur corporaliter, neq; accipitur, neq; adest corporaliter. Sed adest sacramentum corporis, quod dominicum corpus uocatur. Porro de manducatione paulo postea latius.

Commemorant autem & alias rationes. Primum, ne desit Christianis sacrificium uel oblatio. Parum enim eis uideretur, pane simplicis creaturae gratias agere, & creatorem, ac datorem, sanctificatoremq; agnoscere: quae admodum ueteribus morem fuisse comperimus. Verum nos scientes, finem sacrificijs & oblationibus imposuim, docente epistola ad Hebraeos, unica oblatione, consummari in perpetuum sacrificatos, asserimus iterum instaurare sacrificia, esse mortem CHRISTI irritare. In ueteri lege contentus erat Deus, sola nonnunquam gratiarum actione, etiam si nihil immolandum adhibitum fuisset. Quid prohibet, gratiarum actione etiamnum absq; pane Deum colere? Et hodie interdum coram Deo gratias multo uerius agit ex Ecclesia eiectus & excommunicatus, quam is, qui in medio Ecclesiae communicat? Gratias quoq; agentibus patribus, immolantibusq; legitimas hostias, sufficiebat creditus ille, qui uenturus erat in nomine Domini: & nobis nunc utilis est gratiarum actio in pane, si uenisse redemptorem testamur. Quoniam autem a Domino ipso ritus institutus est, ut pro beneficio

mortis

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

mortis gratias agamus, debemus illum sanctiorem, beatioremq; prædicare: unde & ob hoc à Doctoribus appellatus est, sacrificium laudis, & Eucharistia. Sed quid opus præsentia eius, ut eum laudemus, & gratias agamus, annon ut gratias agamus, satis est admonitos symbolo dominico, memoria beneficium amplecti: cuius meditatio etiam absentissimum benefactorem repræsentat. Inuisibile corpus, ut in pane esse aseritur, non plus prouocabit ad gratiarum actionem, quantum absens, & in memoria præsens.

Somnium igitur est, quod hic fingitur, medium quoddam sacrificandi genus, inter gratiarum actionem & mortem, cui nescio quod uocabulum imponi debet, quum & somniatores ipsi nullū imposuerint. Somniant enim respicientem patrem ad filij in pane præsentiam, quam oblationis loco ponunt. Quod absque dubio præiudicat merito passionis, non minus quàm sequundaria imolatio: præiudicat quoque & patrocinio sessionis ad dextram. Et quomodo uerisimile fuerit patrem, gloriæ filij tantum zeloten, pati gloriam illius in cruce, uel ad dextram suam, obscuratum iri? An non semel peccatum mundi totius expiauit agnus sine macula? An non Aduocatus & propitiatio est, pro peccatis nostris, mundi; totius? iam si est Eucharistia, quod dicitur, gratias agimus pro peccatis in cruce dimissis, non ut dimittantur. Impetrata iam sunt, pro quibus dicuntur gratie.

Aliud

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Aliud enim est gratias agere, aliud precari apud nos, nā apud Christum fortasse idem fuerit: et si precaremur quoq; quae necessitas urget, ponere corpus in pane praefens, ut humana desipit infirmitas, & escas inexplebilis ubiq; locat auaritia? Sunt alij, qui in sacramento compleri dicant promissionem, qua Dominus dicat, futurum se nobiscum usq; ad consummationē saeculi: atq; ita non parum consolationis relictum orphanis, scientibus sibi assistere Regem ac protectorem, cui data est omnis potestas caeli ac terrae: & ob hoc ad se corpus, quod monstrēt, orrent & adorent, adorandoq; glorificent, qua ratione non minuatur, sed augeatur gloria filij. Utinam, utinam in gloriam esset filij, & nomen eius non iret in blasphemiam. Sed nec nostri, nec Christi rationem habemus. Nonne magnificentius fuerit, Christum in caelestibus regnantem nostrum esse protectorem, quam illic latitantem? Abire ad Patrem uoluit, quo consolationum uerarū capaciores essemus. Satis nobiscū, qui sua uirtute ac gratia facit inuictos: satis nobiscum est, qui suo spiritu nos non destituit: sed se futurum nobiscum promisit, nō corpus. Neq; ubiq; corpus Christi, ubi Christus. Medium se fore pmisit, ubicunq; duo in nomine eius congregati. At non propterea corpore comitē se illis facit. Quid igitur est quod monstratis, ubi non plus de Christo oculatus, quam cecus uideat? Sacramentū monstrari potest, Christum non monstratur. Sacramentum suo fungitur officio, etiam si corpus Christi in caelo. Denique

Expen
sa alia
ratio,
quare
corpus
sit in
pane.

Quo=
modo
nobi=
scū sit
Christi=
stus, us
que ad
cōsum
matio=
nem se
culi.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

Denique quòd ab indocta plebe adoratur illic, non igno-
 ro, at non quia adoratur adest: sed quia adesse creditur, ^{Ratio de ad-}
 ad oratur. Primum probetur adesse, ut consequenter iu- ^{ratioe.}
 stificetur adoratio. Quin & adoratio non satis iustifica-
 bitur, etiam si corpus adesse conuincas. Qui corpus seor-
 sum cogitat, ut sancta illa uerba dicunt: Hoc est corpus,
 non implet quod præcipit Deus: Dominum Deum tuum
 adorabis. Neque soluisse credimus Christum legem de ^{Quis}
 adorando patre in spiritu, & adoratorem ad carnem su ^{adoran-}
 am transmississe, à qua semper reuocauit. Vnde adorato- ^{us, &}
 res necesse est, neque panem, neq; corpus à diuinitate se- ^{qualis}
 questrare. Sed primo ipso adorationis momento ad illam ^{esse de-}
 contendere, alioqui periculum, ne ueritas mutetur in mē ^{beat a-}
 dacium, creaturæ q; creatoris detur gloria, quò nihil ma- ^{adoratio}
 gis omnis detestatur scriptura. Sanè uni quidem filio,
 Pater omnem communicauit honorem, quem & caro
 eius ut purpura regia suscepit, quamuis neque illa simi-
 litudo quadret. Regia enim purpura à Rege solet depo-
 ni. Christi autem caro, simul ac esse cœpit, nunquam fu-
 it, neque erit à diuinitate separata. Non enim templum
 est prophanabile, neq; θεοφόρος ut Prophetarum ani-
 mæ, sed cum anima deitati in unam personam unita. Vbi
 que ergo caro adorabilis: panis autem mysticus nō item,
 nisi unitum Christum probemus. Quamuis autem adesse
 diceremus corpus Christi, neq; adhuc integrum, ut adora-
 tio doceatur. Sicut enim sanctos uiros Deum habentes
 cordium suorum hospitem nōn adoramus, ita multo mi-
 nus panem

DE VERBIS CAENAE DOMINI

nus panem sacratum, nisi forte & ita deliremus, ut felicius panem coniuctum corpus Christi dicamus, quam Prophetis spiritum sanctum.

Fru-
ctus a-
dorati-
onis pa-
nis.

Quod si omnino adorabilis in pane caro est, non fuerunt imprudentes, qui profusioribus sumptibus Eucharistiam ornant, quique neglectis pauperibus, & uicis Dei templis, quicquid odoramentorum, florum, auri, thymiamatum & gemmarum in illam contulerunt. Et inuenient auari hypocrite Missatores, quo suam artem honestent, ac celebrent. Habebunt enim, quamuis indigni sint, & inimici Dei, quod Patri in flagitiosissimorum manibus placet maxime. Seruentur igitur, ac redeant omnes imposturae, redeant nundinationes, redeant anniuersarij, accenseantur Sacerdotes innumeri, extruantur arae plurimae, foueantur ociosi plures, totus ordo inungatur ut sacrificet, & omnes mensae, ut Esaias dicit, repleantur uomitu & sordibus.

Ceterum, ut sacramenta adoranda non possum asserere, ita non ierim infutias illis honorem religiose impendi, qualem & libris, uerbisque sacris citra adorationem inculpate plerumque deferimus. Et sunt gloriosiora quia sancta, spiritus sancti uehicula certiora pluribus, praesertim rudibus quam sacramenta. Addo & inmensam taxabilem, religione motum, & mysterij intelligentiam deferendum. Illustratum, qui hora qua celebrantur mysteria, in terram procidit, & CHRISTVM, qui in caelis ac

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

lus ac pectore suo regnat, adorat, non uulgi more, quod error ille dementauit: sed sicut Apostolus Corinthiis scribit: Si omnes prophetetis, ingrediatur autem incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dicitur ab omnibus, & sic occulta cordis eius manifesta fient. atque ita procidens in faciem adorabit DEVM, renuncians reuera DEVM in uobis. Non datur illi uicio, qui uerbo eruditus adorat: igitur nec uituperandus, qui sacramenti predicatione edoctus, honorem DEO tribuit gratias agens.

Similiter enim Euangeliorum lectio, & sacramentorum operatio illuminat: illa tamen indoctis, hæc prouectioribus accommodatior. Et propterea dum utrumque agitur, faces radiant, & cymbala tintunt, quæ predicationis sunt symbola: tamen si posterius neglectum iri expediret, quo clarius sacramenta, & uerba percipi possent.

Hæc obiter de adoratione, per quam corporalem presentiam non admittimus probari. Et dicant quæso, quid solus & ociosus in sacrariolo, uel in arca, DEVS faciat, ubi eum muliercule in primis superstitioni obnoxia, cereolis demereri credunt? Quorum mouet animos noctu? Et quomodo in sanon semper illic in promptu reponitur & sanguis, crario quemadmodum corpus? Nam ad mouendos animos, lo, & non minas energiae habet. cur nõ

Forte dices, periculum illi ab acore & uermiculis, idem
Atqui nec uino.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

atque nec panis extra discrimen. Respondebam olim, sicut & hodie multi, in corpore & sanguinem contineri, sicut in sanguine corpus. Tam sapiens eram. Et hoc ignorabat Christus, qui tam uinum, quam panem consecrauit, ritumque illum instituit, reseruatiōem uero non item.

Sane & hic nobis non mediocre argumentum in manducatione uenit: Quia enim corpus & sanguinem commendauit Christus, & à se inuicem discreuit, quæ natura non se iunguntur. Neque enim uiuit corpus absque sanguine, neque sanguis sine corpore. Uua autem commendabat. Manifeste ergo protestatus est, in geminis signis esse exemplaria rerum, non res ipsas. Exemplaria autem tam diu suum officium agunt, quamdiu rationem habent exemplarium, & nihil sibi timent ab acetositate, uel uermiculis, uel putredine, uel muribus. Sensit hoc nimirum Origenes in Leuiticum, Homilia quinta scribens: Nam & Dominus panem, quem discipulis dabat, & dicebat eis: Accipite, & manducate, non distulit, neque seruari iussit in crastinum. Hoc forsitan mysterij continetur in eo, quod panem non iubet portari in uia, ut semper recentes, quos intra te geras, uerbi Dei panes proferas. Et propterea Gabaonite illi condemnantur ad aquam & ligna portanda, quia ueteres panes ad filios Israël portarunt. Cæterum allegorie ualeant quantum possunt, sacramenta in usu tantum sacramenta sunt.

Utrà contendunt quidam, gloriam Christi auctum in fide nostra, si præsens in pane corporaliter credamus corpus,

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

corpus, propter uerba quæ dixit Dominus: Hoc est corpus meum. Nam & si dixisset, Hoc est mundus, credi oportebat in pane mundum. Negari quidem non potest, fide apud Deum nihil suaueolentiùs, & anathema, qui negat ueracem Christum. Conuenit autem, ut interim animaduertatur, quæ nam fides ita coram Deo si agret, & quomodo uerbis habenda fides. Etenim non omnis fides iustificat, ut Iacobi uerbis utamur. Contremiscunt enim Dæmones credentes, & reprobi sunt. Sanè fides nostra, fides salutaris non est, nisi in solam Dei misericordiam feratur. Nescio enim, an Abrahæ fides, quatenus in illum respicio, in iudicio tuta fuisset. Perfectiora enim omnia omnium opera esse poterant, & debebant. Fides ut opera sua non magnificat, ita se quoque crescere cupit, & minorem, quàm par est, se esse condemnat. Et uerè fides non est opus nostrum, sed donum DEI, nec tam exercitatione, quàm raptu constat. Nemo enim uenit ad CHRISTVM, nisi quem Pater traxerit. Non est coactum, neque fictum quid, quemadmodum plerique se decipiunt, posse se credere quoduis, & iterum discredere: qui licet uideant albedinem, ita instruere se dicunt conscientiam, quasi nigredinem spectent: & quum aliter oculis mentis cognoscant, aliter se conscios faciant & dicant: simplices scilicet, qui se duplices corde nesciant: Sed ne rideamus eos, simplices uerè sunt, qui errare se nesciunt, nec duplicitatem cordis pro peccato reputant. Ob horum

Quæ fides Deo grata.

Theologi.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

rendam simplicitatem, o profundas tenebras, dicere lucem tenebras, & malum bonum, id quod nonnulli & in hoc sacramento non omitunt, quum intima mente renitentur adesse corpus, & opinionem tamen contrariam, conceptam, sua pertinacia stabiliunt. Quis illam pro fide agnosceret? Verax Deus corda scrutatur. Satis ampla exercendae fidei materia nobis data est, credentibus corpus Christi pro nobis mortuum, & resurrexisse, considerareq; in caelestibus.

Porro uideamus, quomodo uerbis habenda sit fides. Neque enim tam uerba, quam mens uerborum attendenda, quibus fides firmetur. Iam horum uerborum **lit nos** sensus alius est. Neque enim **CHRISTVS** **Christus** dicit, ut credamus in pane latere corpus, sed memoriam faciamus mortis eius, qua nobis uita conciliata est. Et Ioannis sexto: Panis, quem dabo, caro mea est, quae pro mundi uita datur. Non dicit: Caro, quae in sacramento panis delitecet: sed quae pro mundi uita datur. Illam si charitate pro nobis oblatam crediderimus, panis & uita est animarum. Et apud Lucam: **HOCEST CORPVS MEVM**, quod pro uobis tradetur. Vnde **Basilius** & **Basilius** rogatus à monachis, quali timore, & fide, & affectione, percipi debeat corporis & sanguinis **CHRIST** Igratia: ita, respondit, ut in canonibus repetitum est. Et dicit: Timorem quidem docet nos Apostolus, dicens: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat ac bibit. **Fidem**

uero

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

uero edocet nos sermo Domini, dicentis: HOC EST
 CORPVS MEVM, quod pro multis datur. Hoc fa-
 cite in meam commemorationem. Et iterum sermo Io-
 annis dicentis: VERBVM CARO FACTVM
 EST, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius,
 quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & ueritate. Sed
 & Apostolus scribens: Qui cum in forma Dei esset, nõ
 est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, sed semeti-
 ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudi-
 nem hominum factus, habitu inuentus ut homo. Humi-
 liauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mor-
 tem autem crucis. Cum ergo fidem quis habet his dictis,
 & considerat magnificentiam gloriæ ipsius, & admi-
 ratur nimietatem habentis, quomodo tantus & talis obe-
 diens fuit usque ad mortem pro nostra uita: puto, quòd
 possit anima prouocari ad affectum & dilectionem Dei
 Patris, qui unico filio suo non pepercit, sed pro nobis o-
 mnibus tradidit eum, & ad amorẽ unigeniti eius, eò am-
 plius prouocabitur, quo eum uideat mortem turpissimã
 pro nostra redemptione tolerasse, sicut et Apostolus de
 eo dicebat, quòd charitas Dei constringat nos iudicantes
 hoc, quòd si Dominus pro omnibus mortuus est, ergo o-
 mnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus, ut & ij qui
 uiuant, sibi non uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et
 resurrexit. Talem ergo affectum et fidem præparare de-
 bet in animo, qui de pane & calice participat.

E a Vides

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Que fides
ad Eucha=
ristiam re=
quiratur.

Vides hunc in quo fidem collocet? Non in eo, quòd in pane contineatur Christus. Refocillant autem uerba & promissiones, quibus cognoscimus, pro nobis Christum esse traditum, ut sequentia arguunt, quæ citat ex Ioanne & Paulo Apostolis, humilitatem & charitatem Christi attestantibus. Iam si occupata foret memoria nostra, expendens quomodo in pane sit Christus, interim sancti oris obliuisceretur officij, non recogitando mortem Christi. Nequeunt enim se uires nostræ in diuersa se simul intē

Necq; ante
esum, neq;
in esu, po=
nendū cor
pus in pa
ne.

dere, sed unum amittunt, dum alterum asequi student. Probatum est, nihil esse ante manducationem, quo uel sapientiam, uel beneuolentiam Dei deprehendas, ut tu= to in pane corpus asseras. Nunc an in esu ipso dignum aliquid occurrat, persequendum. At quocumque nos uertimus, absona multa sunt obuia: nihil autem, quod uerisimile. Magnum, aiunt, est diuinæ erga nos chari= tatis indicium, quòd C H R I S T I carne uesci= mur, mirificè enim illam piæ animæ, ob amoris flagran= tiam petunt, quemadmodum & illud ex Iob cantant:

Verba Iob
ad Eucha=
ristiam tor
ta.

Dixerunt uiri tabernaculi, ut illius carnibus saturemur. O uerè carnales, rem melius indagate. Nihil hu= manitatis præ se ferunt uerba illa Iobi, si quis iuxta ger= manum sensum interpretetur. Negant enim uiri illi se satiari, etiam si deuorent ipsos osores domini sui Iob. Ita seruis uidebantur dilaceratione digni, qui à Domino be neficijs afficiebantur. Hebraica enim ueritas dicit: Nō saturabimur. Non est illa charitas, sed canina rabies, que blandi=

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

quæ blandiendo in carnibus dentes exercere cupit. Inuenio tamen & Chrysoſtomum, & Cyrillum ſuper Ioannem ſic loqui, quos niſi lector magno iudicio & uigilanter legerit, nimirum ſi impetu eloquentiæ eorum abreptus, reddatur perplexus. Ingenue fateor, & mihi olim inde non mediocriter factum negocium, omnia iudicanti, prout imbutus eram. Sed illi de ſpirituuali manducatione loquuntur, ſicut totum caput Ioannis, in quo de ſacramentali nulla fit mentio, ut infra declarabimus. Quid ſi & Nicolao Papæ ijdem non intellecti impoſuerint, qui Berengarium quendam abiurare, & anathematizare piam ſententiam, & aſſerere impiam coëgit: nempe, quod uerum corpus & ſanguis DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI Sacerdotum manibus trañetur, frangatur, fideliumque dentibus atteratur, & cum prodigioſioribus alijs uerbis, quæ tam crassa, ut gloſſemarius ipſe alioqui inſigniter ſtupidus, adnotet: niſi ſanè intelligas uerba Berengarij, in maiorem incidet hæreſim, quam illa fuit: neque ab ipſo gnomologo, diſtinctione duodecima, libro quarto probari potuit.

Simile quiddam afferunt alij, ex lege Moſaica, qua DOMINI uictimæ Sacerdotum ſunt, ut illis ue Obiectio ſcantur lege perpetua: unde colligunt uictimam negare de uictimæ eos, qui canam negent. Et quia caro CHRISTI mis. omnium legalium uictimarum figuram expleuit, ex ea

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Dilutio. Christianis, qui omnes sacerdotij dignitate sunt conspicui, cæna est apparatus lege perpetua, ita ut si carnem non edant, neque illa eis uictima fuerit. Nihil hæc contra nos, qui spirituales manducationem carnis Christi in fide confitemur. Semel quidem caro oblata est, semper autem reficit omnes credentes, quemadmodum & Patres. Neque necessarium, ut sicut caro illa carnaliter immolata, ita & carnaliter pascat. Nam si hoc fateremur, periret fructus immolationis. Ut carnales sacerdotes non sumus, neque carnalem cænam carni querimus. Sed hæc cum alijs mox innotescant clarus, quomodo carnem, Christus etiam carne pascat.

Maior certà est gloria carnis illius benedictæ, quam ut dentium & stomachi iniurijs se exponat, siue uisibiliter, siue inuisibiliter quis fieri dicat. Non enim parua humiliatio est, si uel intacta in uentris pistrina, descendat caro illa, quæ ad dextram maiestatis Dei collocata. Non offenditur, dicitur. Verum est, sed iuxta crassam illam opinionem diffiteri uicissim nequis, quam humilietur. At qui tempus humilitatis præterijt, ascenditque corpus in scorum: cælo s. Nihil autem tale posset obijci, si adesse corpus **Qualiter CHRISTI** mysticè, addo, cum uirgine et benedictio **annun-** ne, cum priscis diceretur. Sed hæc & alia quæ nescimus, **ciandus** quia affirmamus, nimirum si Christum ridiculum magis **Christus.** quam gloriosum prædicamus. Christum quidem crucifixum annunciare in humilitate oportet: sed interim mortui resurrectionis, ac humiliati gloria non est obtinenda, id quod

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

quod nō sit in carnali illa manducatiōe . Aut dicatur, que gloria uel utilitas, siue animam, siue corpus pascat caro corporaliter præsens . Quidam enim ita deltrant, ut carnem CHRISTI cum sua corporali subsistentia in animam, quidam uero in corpus nostrum ingredi censeant . Cæterum nos utrunque absurdum & impossibile commonstrabimus:

Deltria
quorum-
dam:

Et primum in spiritali manducatione uideamus, quomodo caro carnali sua præsencia nihil faciat . Spiritalia enim sunt, que hic aguntur . Internus homo iisdem cibatur & uiuificatur edulijis, quibus Angeli eiusdem substantiæ intellectualis, quamuis hi lautius, securius, & beatius: ille minus beatè, utpote corporea molis grauamine impeditus . Angelos DEVS pascit uerbo suo, quo se ueritatem illis, & rem, ut est detegit, quam spectantes facie ad faciem, uiuunt, et beati sunt, torrenteque uoluptatis inebriantur.

De spiri-
tuali esu-

Angeli.

Interno autem nostro homini, nondum tanta felicitas contigit: quamuis & illi quiddam diuinæ ac uiuificæ ueritatis manifestetur, in qua prospiciet, licet per uelamen & enigma, ac speculum, & non facie ad faciem, ut Angeli & beati . Hic enim non sumus aliter docibiles, nisi fortè quis, ut Paulus, præter communem legem arcana audiat, que non licet effari.

Internus
homo.

Neque ita intelligas, quasi de pane benedictio loquamur, quod uelamen sit Christi corporaliter latentis . Nos

DE VERBIS CAENAE DOMINI

enim ipsi uelamen gestamus carnem, & hallucinamur, si quid caelestis fulgoris irradiet, uidentes obscurius per fidem, quantum pro hac uita satis est.

Cibus a=
nume.

Qualis hu=
mana ueri=
tas.

Sed ne digrediamur, cibus animae felicioris est, ueritas aperte cognita. Inferioris autem, & aggrauatae, ueritas adumbrata, & fidei lumine se innotescens. Porro, cum ueritas ab homine profecta non sit ueritas, (Omnis enim homo mendax, ut Scriptura dicit) non est tutum, ullis hominum uerbis, uel promissionibus, uel sigillis, uel iuramentis, credere. Nam quamuis amice, fideliter, ac prudenter polliceamur, non est tamen in nobis situm, ut praestemus aliquid, uel minimum, ut taceam de felicitate. Nec mirum. Sumus enim & ipsi bulle. DEO autem, qui ipse ueritas est, nihil impossibile, & proinde in omni uerbo, quod proccedit ab ore eius, uiuit homo. Et uerbum quidem eius, uiuificans est cibus.

Verbum
quos pa=
scat.

Quia autem cibus non pascit non edentem, non credentibus. **VERBUM DEI** non prodest. Animae enim nunc credendo manducant, sicut angeli contemplando satietate fruuntur, & fruendo beati sunt. Igitur habentes uerbum & promissiones Dei, contentos nos esse oportebat, & gratos, certosque, nihil nobis de futurum, id quod uerè fuerit pasci.

Increduli=
tas quid
possit.

Verum iam insitum nobis est, incredulitatis uitiosissimum malum, ut Deo minus quam hominibus credamus, & oblato uerbi cibo pasci nolumus. Territi enim peccatis

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

peccatis nostris, non agnoscimus Deum, ut Deum, sed af-
 fectionibus obnoxium: non Patrem, ut Patrem, sed ty-
 rannide gaudentem: non Dominum ut Dominum, sed
 ut curam nostri abijcientem. Non attendimus, quòd so-
 lem suum oriri permittat nobis, bonis & malis, quòd
 multa in nos beneficia collocet, nullis nostris bonis
 excitus: quòd ad poenitentiam patienter expectet, bene-
 ficia beneficijs addendo, etiam innumeris peccatis no-
 stris iure irasci ualens. Sed tergiuersamur, aures obtu-
 ramus, diffidimus, Prophetas per quos nobis loquitur,
 contemnimus. Quotusquisque enim omnem in Deum
 solitudinem projicit, omisa de crastino cura? Quo-
 tusquisque non sua magis prudentia, quam paterna ni-
 titur beneuolentia?

Hæc est profecto perpetua nostra incredulitas, quam
 per omnem scripturam taxari legimus. Hoc est pecca-
 tricis carnis ingenium, sibi, hoc est, mendacio placere,
 Deo diffidere, & si penitus explores, Deum odio habe-
 re, à bono optimo alienari, inque peius uergerè. Nihil
 ferè, & parum promouit Deus promittendo, minandò-
 que: adeo benigniter ad se uocans. Promittit: *Viuo e-* Eze. 33.
go, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat. *Zacha*
Et iterum: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad rie. 1.
uos. *Maledictus autem Cain in nobis clamat: Maius* Gen. 4.
est peccatum, quam ut ueniam merear. Et non respici-
 ens ad misericordiam Dei, sed ad opera sua, inquit: *Vn-*
de recipiam uitulos in holocaustum? Qua poena repen-

DE VERBIS CAENAE DOMINI

dam? Quis intercedet pro me? Et quia aliud querimus, quam uerbum Dei, omni semel solatio excidimus. Nolumus benedictionem, quid ni maledictione esse nos obnoxij? Quis digne deploraret nostram miseriam?

Qua-
re exhi-
bitus
Chri-
stus à
Patre.
Sigillū
miseri-
cordiae
certissi-
mum.

Atqui Pater optimus, praesentissimo consilio nobis subuenit, uolens aeternum uerbum, quod est ipse filius, incarnari, & humiliari usque ad mortem crucis, ne quis ulterior sit locus diffidentiae, & ut omnis qui credit in eum, uere pascatur, non siliquis, ut filius ille prodigus, sed uere, inquam, pascatur, aeternamque habeat uitam. Suffecisset quidem uerbum, uel per Prophetarum minimum, ad pascendum nos, ni tam infecti & rebelles fuisset: sed pater sigillo quoque omnium certissimo nobis confirmare uoluit misericordiae suae promissionem, quale nemo petere auderet, nempe, morte unigeniti filij sui: quae testamentum nostrum cum Deo ita sancitum, ut certi sumus, non ultra irritabile, ruptumque chirographum, quod contra nos, & affixum cruci, non ultra terribile. Qui nunc incredulus est, et Deum non credit placatum, qua ratione tandem credulus futurus est? Cur non spectat manus & pedes resurgentis? Cur non apponit manum ad latus? Cur non uidet ob signationem? ut sic credendo, spiritualiter manducet, animamque rescillet? DEVS non esset DEVS, si sic fideliter se requirenti, panem denegaret, postquam nos, non iuramento tantum, sed & ob signatione per mortem filij sui, de sua erga nos misericordia certiores reddidit.

Constat

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

Constat, neminem dubitare, quin ditissimus, uera =
 cissimus, ac optimus ex malis hominibus Pater, peri =
 clitantibus, & in ipsius promissis confidentibus ser =
 uis, res minimas, & ut ita dicam, nibili, à se pro =
 missas, præstet, postquam testatus fuit cæde filij bene
 uolentiam. Quid enim negaret, qui filium tradit?
 Quanto facilius dares pauperi numum, quàm pro fla
 gitioso inimico, occidendum dilectum filium? Quid
 conferes cum morte unigeniti? & precio inæstimabi =
 lis sanguinis?

Condonatio peccatorum, largitio diuini spiritus,
 uita ac felicitas æterna, incomparabilia dona sunt, &
 quæ nostra incredulitas petere non auderet. Sed par =
 ua uidentur & sordescunt, si filium traditum cogites.
 Ultra igitur non est quod ambigas te recepturum, mo
 do per filium petas. Satis roboratur spes illo signaculo,
 unico quidem, sed ineffabiliter summo,

Et ita **CHRISTVS** quidem est panis de
 cælo nos pascens, sed mundus mortuus erat, & non ca =
 pax uerbi, donec carnem suam sanctissimam in spiritu
 sancto obtulit Patri, pro nobis orans, ut saltem per mor =
 tem crederemus, qui puris uerbis credere nolumus, & Caro
 facta est caro **CHRISTI** panis, qui animam satiet. animã
 Puerile alioquin & ineptum est, opinari, quòd in ani = non in
 mam nostram ingrediatur caro. Quomodo enim ani = trat.
 ma capax est carnis, quæ non est corporea, nec locum
 præbet corpori: caro autem non est nisi in loco. Insuper
 ut Augustinus

DE VERBIS CAENAE DOMINI

*Augu-
stinus.* & Augustinus super Genesim, Lib. 7. capite. 12. dicit:
Omne corpus in omne corpus mutari, non desuerunt
qui assererent. Corpus autem aliquod conueriti in ani-
mam, fieriq; incorpoream naturam, nec quenquam sen-
sisse scio, nec fides habet.

*Caro
nō per
ficit,
sed in-
firmū
facit.* Præterea, si omne quod ex carne, caro est: si caro
CHRISTI manducationis carnalis modo animam
pascit, animam ergo carnem facit: & iam non perficit,
sed infirmoorem reddit. Animæ enim expedit, ut spiri-
tualis euadat ac diuina, quod asequitur, unione gratiæ
uerbi potissimum. Verba enim CHRISTI,
uiuifica sunt, spiritualesq; reddentia, siquidem in ter-
ram bonam ceciderint. Quatenus autem & carnis
immolatione confirmata, pernoscentur, quid reliquum
quàm ut saginent, & pietate impinguent? O uere locum
pascuæ, dum in carne & sanguine tam delicate, tan-
que opipare proposuis, uerbum & promissionem aui-
dè manducamus, credentes, quæ antea propter incredu-
litate nauisabamus. Hoc esu fidei statim exuimus, ue-
tustatem, morbos, famem, infirmitatem, & molesta o-
mnia, & induimus uuentutem, pulchritudinem, inno-
centiam, misericordiam, & cuncta, quibus CHRISTVS
in se conspicuus fuit.

*Obie-
ctio.* Hic si quis dixerit, ut supra: Hoc etiam reficit ani-
mam meam, quod credo eum corporali subsistentia præ-
sentem in pane: uellem ut descēderemus intra nos ipsos,
Dilutio missæque faceremus contentiones. Quis hæc pasqua
ostendit?

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

ostendit? Quis hanc salutis uiam fecit? CHRIS-
 TV S profecto dicens: Ego sum uia, ueritas, & ui-
 ta: non huc respexit, sed docuit, quod is qui opus cha-
 ritatis suae in morte intelliget, is pertingat ad uerita-
 tem, qua agnoscitur in filio Pater misericordissimus,
 & agnitione eius ueritatis, uitam aeternam assequa-
 tur, ut series sermonis apud Euangelistam docet. Et
 id ipsum CHRISTVS in sacramentorum
 symbolis, per fractionem & effusionem commendauit.
 At non tam facile ad ueritatem pertingemus, si CHRIS-
 TV M in singulis tot altarium panibus, & deciduis
 micis includere uoles, neque ita misericordia Dei reso-
 cillabit. Ea enim ueritas in uitam nos inducit, qua
 misericordiam Dei summam in filio cognoscimus, quem
 pro nobis humiliavit. Iam si dices, illum hic denuo hu-
 miliari propter te, iniuriam facis. Si dices, denuo pa-
 ti, denuo crucifigis. Si dices, denuo mundum uincere,
 denuo mortem expugnare, denuo seruire nobis, noua
 per carnem charitatis exhibere opera, exple quod
 CHRISTVS in cruce ait: Consummatum est.
 Quod si talia affirmare nequis, dic quid famelicam &
 sauciam resocillabit mentem? Siliquis igitur se pascet,
 & uanis cogitationibus se ipsam infatuabit, quemadmo-
 dum contingit non glorificantibus Deum, ut par est.
 Verbum autem, quod in operatione mysteriorum an-
 nunciatur, pascit: & tanto magis, quo signum euiden-
 tius rei factae & promissae admonet. Promissio enim ex
 ore

DE VERBIS CAENAE DOMINI

ore Dei est, Corpus C H R I S T I pro nobis dari, & panem, ac sustentationem nostram esse: sanguinem uero in dedicationem Noui Testamenti, pro nostris peccatis effundi: calicemque esse inebriantem illum, de quo dictum. Et quod uerbis indicatur, sacrosanctis quoque symbolis commonstratur, ut quanto magis ea quae Dominus facere iussit, animis insident, tanto latius mens agnitione uegetetur.

Verba
Sym-
bola.

Hic non abs re fuerit adnotare aliquos ex autoribus priscis, quos in hac sententia habeo adstipulatores, quibusque in hac sententia subscripsisse me non paenitet. Dabimus autem interim operam, ut mentem eorum recte intelligamus, nam à plerisque in aliam, quam scripserunt sententiam trahuntur.

Ambro-
sius.

Audiamus igitur Ambrosium, principio indubitate in hac re fidei doctorem, & uel hinc colligamus, non esse librum eius De Sacramentis. Scribit autem Irenio cuiusdam in epistola, quae ordine est sexagesima secunda, cuius & canones truncatam mentionem faciunt: Queris à me cur Dominus Deus manna pluerit populo Patrum, & nunc non pluat. Si cognoscis, non pluit, & quotidie pluit de caelo manna seruiantibus sibi. Et corporeum quidem illud manna hodie plerisque in locis inuenitur, sed nunc non est res tanti miraculi, quia uenit quod perfectum est: Perfectum autem, panis de caelo, corpus ex uirgine, de quo satis Euangelium te docet. Il-

lud enim

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

lud enim manna, hoc est, panem illum qui manducauerunt, mortui sunt: hunc autem panem qui manducauerit, uiuet in eternum. Sed est spirituale manna, hoc est, pluuia spiritualis sapientie, quæ ingeniosis & quærentibus de celo infunditur, & irrorat mentes piorum, & obdulcat fauces eorum. Qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapientie, deletatur, nec alium cibum requiret, nec in solo pane uiuit, sed in omni uerbo Dei. Qui curiosior fuerit, quærit, quid sit istud, quod melle dulcius. Respondet minister Dei: Hic est panis, quem tibi D E V S dedit manducare. Qui sit iste panis audi. Sermo, inquit, quem ordinauit D E V S. Hæc ergo ordinatio Dei, hæc alimonia alit animum sapientis, & illuminat, atque obdulcat resplendens ueritatis chorusco, & mulcens tanquam fauo quodam, diuersarum uirtutum suauitate, & sermone sapientie. Hæc apud Ambrosium. In quibus quid aliud dicit, quàm quod nos diximus: uerbo & sapientia pasci animam.

Audiamus autem Origenem super Mattheum in Origenes eandem sententiam dicentem: Panis iste, quem D E V S uerbum, suum corpus fatetur esse, uerbum est nutritorium animarum: uerbum de D E O uerbo procedens, & panis de pane caelesti, qui positus est super mensam, aduersus eos qui tribulant me. Et potus iste, quem Deus uerbum, sanguinem suum fatetur, uerbum est, potans & inebrians præclare corda bibentium, qui est in poculo, de quo scriptum

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

quo scriptum: Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est. Et est potus generatio uitis uerae, de qua dicit: Ego sum uitis uera. Et est sanguis uuae illius, quæ missa in torcular passionis, protulit potum hunc. Sic & panis est uerbum Christi factum de tritico illo, quod cadens in terram bonam, multum reddidit fructum. Ecce & hic dicit uerbum Christi alere animas, & inebriare corda, & pulchrè intertexens figuras & prophetias, ostendit uerbum de crucifixo pro nobis Christo, illum panem. Hic enim est, qui super mensas ponitur aduersus tribulantes. Nam in cruce uicit Christus, & qui crucis sacramentum norunt, ipsi quoq; in cruce uincunt. Hoc est enim triticum, quod cecidit in terram, ut det fructum bonum. Similiter & potum pulchrè interpretatur effluxisse ex uite illa uera, atq; adeo ex ipsa ueritate. Et ut iterum scias, quomodo uerbum illud alat passionem nomine torcularis, proponit: Scio quibusdam hæc & similia obscura uideri, & contra nos, sed pro nobis faciunt maxime. Atqui semetipsum exponit. Subdit enim: Cur aut non dixit: Hic est panis noui Testamenti, sicut dixit: Hic est sanguis noui testamenti? Quoniam panis est uerbum iustitiæ, qua manducantes animæ nutriuntur: potus autem est uerbum agnitionis Christi, secundum mysterium eius natiuitatis & passionis. Quoniam ergo testamentum Dei in sanguine passionis Christi dispositum est erga nos, ut credentes filium Dei in tantum et passum secundum carnem, salui efficiamur in iustitia, in qua sola, sine fide passionis salus esse non poterat, ideo
tantum

Idem.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

rāum de calice dictum. Plur aq; alia dicit huc pertinētia,
 sed non opus est omnia transcribere. Satis ex his uerbis
 colliquescit, quis sit cibus animæ, nēpe, uerbum Dei, quo
 nutrimur ad iustitiam: et que satietas, nēpe fides in Chri-
 stum incarnatum & passum. In sanguine tamē magis te-
 stamentum agnoscimus, quā corpore. Et uide interim,
 quā nolit sacramenta disiuncta. Hoc autem & in Ge *Idem.*
 nesi testatur, explanans illud. Lauabit in uino stolam, &
 in sanguine uuæ amictum suum. In sanguine, inquit, uuæ,
 quomodo amictū suum lauit, uidentum est. Amictus pro-
 pinquior quēdā, uel secretior corporis uestis uidetur esse,
 se, quā stola. Hi ergo, qui prius per lauacrū loti, stola e-
 ius fuerant effecti, posteaq; ad sacramentum uuæ perue-
 nerūt, uel interioris mysterij secretior isq; facti sunt par-
 ticipes, amictus eius esse dicuntur. Lauatur enim etiam
 in uuæ sanguine anima, cū sacramenti huius cceperit ca-
 pere rationem. Agnita nanq; et intellecta uirtute sangui-
 nis uerbi Dei, quanto capax effecta fuerit anima, tan-
 to purior fit, et lauatur quotidie ad scientiæ profectum,
 & iungens se Deo, non solum amictus eius fit, uerum etiā
 unus cum eo. itaq; Origenes diserit, quem licet in ple-
 risque, allegorijis suis immodicè usum iure taxent, in hoc
 tamen, quomodo alantur animæ, omnium priscorum cō-
 sensu rectè docuit, & nullus non libenter sequutus est e-
 um, siue de agno paschali, siue de manna, siue de carni-
 bus, quas ad uesperam comedimus tractet. Hoc autem lo-
 to, duplici similitudine sanguinem commendat, nempe ut

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Sanguis lauerū ei potus. potum & lauacrum. Abluimur enim & potamur sanguine, cognoscendo, quantum sit meritum effusi sanguinis, quod utinam pluribus cognitum foret: Nam qui nesciunt CHRISTVM iustitiam nostram, & adhuc in suis factis factionibus & operibus spem ponunt, nec abluunt, nec poti sanguine.

Agnes. Atqui beata Agnes & se ornari gloriabatur sanguine CHRISTI, dicens: Sanguis eius ornauit genas meas. Quale sermonum genus, qui ita carnales uoluerint esse; minime intelligunt.

Ignatius. Sic & beatus Ignatius scribit: Non delector pane corporali, sed panem uolo dei, cuius qui ex genere Dauid. Et iterum: Potum uolo sanguinem ipsius. Quid hoc aliud est dicere, quam CHRISTVM ipsum uolo, fideq; in mortem pasci peto. Alioqui non multa cura panis corporalis mihi est, imò nec sacramentorum, modo CHRISTVS ipse me pascat.

Ambrosius. De hoc pane iterum audiamus & Ambrosium, quomodo iucundo sermone, in Psalmo Beati immaculati, manducationem spiritualem doceat, sic inquit: Mibi ille panis Dei descendat de caelo, qui uitam dat huic mundo. Non Iudeis, non synagogae descendit, sed Ecclesiae descendit, sed populo iuniori. Nam quomodo Iudeis descendit panis, quum omnes qui illum manducant, hoc est, quem Iudei putarunt manna, in deserto mortui sunt? Quomodo synagogae descendit, quum omnis synagoga interierit, & aeterno ieiunio FIDEI defecerit.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

fecerit? Denique si accepissent panem uerum, non dixissent: Domine, semper da nobis panem hunc. Quid petis iudæe, ut tribuat tibi? Panem, quem dat omnibus, dat quotidie, dat semper, in te ipso est. Ut accipias hunc panem, accede ad hunc panem, & accipies eum. De hoc pane dictum est: Omnes qui se elongant à te, peribunt. Si elongaris ab eo, peribis: si appropinquaris, uiues. Hic est panis uitæ. Qui uitam manducat, mori non potest. Quomodo enim moritur, cui uita cibus est? Quomodo deficiet, qui habuerit uitalem substantiam? Accedite ad eum, & satiamini, quia panis est. Accedite ad eum, & potate, quia fons est. Accedite ad eum, & illuminamini, quia lux est. Accedite ad eum, & liberemini, quia ubi spiritus Domini, ibi libertas. Accedite ad eum, & absolui mini, quia est remissio peccatorum. Qui sit iste queritis? Audite ipsum dicentem: Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam. Audistis eum, & uidistis eum, & non credidistis ei, ideo mortui estis. Nô me hæc omnia clarè testantur, fide satiari hominem internum? atque adeo ipso CHRISTO, neq; opus esse, carnem in ipsam ingredi animam, quod ne imaginaremur, satis cauerat Dominus, dicens: Caro nihil prodest.

Porrò, quomodo Dominus ipse, non solum cibus uiuificus sit anime, sed & mundus, dulcis, ac gratissimi saporis, omniumq; desideratissimus, libet & alium locum Origenes
Hom. 7.

F 2 habet ali-

DE VERBIS CAENAE DOMINI

habet aliquem in se cibum, quem accedenti ad se proximo præbeat. Non enim potest fieri, ut cum accesse-
rimus ad nos inuicem homines, & conseruerimus sermo-
nem, non aliquem, uel ex responsione, uel ex interroga-
tione, uel ex aliquo gestu, aut capiamus inter nos gu-
stum, aut præbeamus. Et si quidem mundus est homo
& bonæ mentis, is de quo sumimus gustum, mundum
sumimus cibum: si uero immundus sit quem contigimus,
immundum cibum sumimus. Et propterea puto Aposto-
lum Paulum de talibus dicere, ne cum eis cibum capia-
mus: nimirum uelut immundis animalibus. Verum ut
euidentiùs tibi patefiant ad intellectum quæ dicimus,
de maioribus sumamus exemplum, ut inde paulatim
descendentes, usque ad inferiora ueniamus. **DOMI-**
NVS & Saluator noster dicit: Nisi manducaueritis
carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non ha-
bebitis uitam in uobis ipsis. Caro enim mea uere est ci-
bus, & sanguis meus uere est potus. **I E S V S**
ergo, quia totus ex toto est mundus, tota eius caro ci-
bus est, & totus eius sanguis potus, quia omne opus
eius sanctum est, omnis eius sermo uerus est. Propte-
rea ergo & caro eius uerus cibus, & sanguis eius ue-
rus potus est. Carnibus enim, & sanguine uerbi sui,
tanquam mundo cibo ac potu potat, ac reficit omne ho-
minum genus. Sequundo in loco post illius carnem mun-
dus cibus est, Petrus, & Paulus, & omnes Aposto-
li. Tertio loco, discipuli eorum, unusquisque pro quan-
titate

Caro &
sanguis
uerbi
Christi.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

titate meritorum, uel sensuum puritate, proximo suo
 mundus cibus efficitur. Hæc qui audire nescit, detor-
 queat fortassis, & auertat auditum, sicut illi qui dice-
 bant: Quomodo dabit nobis hic carnem suam mandu-
 care? Quis potest audire eum? Et discesserunt ab eo.
 Sed uos, si filij estis Ecclesiæ, si Euangelicis imbuti my-
 sterijs, si uerbum caro factum habitat in uobis, agnosci-
 te quæ dicimus, quia Domini sunt, ne forte qui ignorat
 ignoretur. Agnoscite quia figuræ sunt, quæ in diuinis
 uoluminibus scripta sunt, & ideo tanquam spirituales,
 & non tanquam carnales, examine, & intelligite quæ
 dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, lædunt
 uos, & non alunt. Est enim & in Euangelij littera quæ
 occidit. Non solum in Veteri Testamento littera occi-
 densprehenditur, est & in Nouo Testamento littera,
 quæ occidat eum, qui non spiritualiter quæ dicuntur ad-
 uertit, Si enim secundum litteram sequaris hoc ipsum
 quod dictum est: Nisi manducaueritis carnem meam &
 biberitis sanguinem meum, occidit hæc littera. Quid cla-
 rius poterat dici, ne carnale conuiuium cogitaremus?
 An non fideliter mouet? an non grauius terret? An
 non suauiter docet, quomodo CHRISTVS nobis mun-
 dus, delicatusq; sit cibus? Quantum mihi notus est O-
 rigenes, nusquam tanto supercilio fidem dictis suis, imò
 non suis, sed Dei uendicat. Agit enim præter morem
 suum, quãdoquidem plerunque liberum lectori iudicium
 permittit. Hic minatur: Qui ignorat, ignorabitur: qui

In Euan-
 gelijs lite-
 ra occi-
 dens, ut
 de mādū-
 catione
 carnis.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

carnalis est, in mortis est discrimine: qui non agnoscit, Ecclesie filius non est. Sed non offendat, quod & Petrum, ac Paulum, & discipulos eorum, cibos mundos appellat: ita enim et Egesippus duodecim Apostolos, duodecim panes propositionis facit. Verum tamen est, homini, qui uiuifici panis, Christi, inquam, dulcedinē degustauit, nullum alium cibum præter eum placere: nullumq; aliū ad palatum animæ eius facere, quàm qui eiusdem refert saporem. Nam quòd placent Petrus ac Paulus, non aliunde est, quàm q; in illis Christum uiuentem agnoscimus, quem doctrina, uitaq; sunt imitati. Alioqui nõ minus nau scabiles forent, doctrina, uitaque eorum, quàm Aristotelis, uel aliorum Ethnicorum obscenitates.

Hæc Cyrillus quoq; scribit super Ioannem in hæc uerba: Quoniam sæpius se Christus panem appellauit, cõsyderemus si hoc uocabulo uspiam à scriptura nominetur. Scriptū est ergo in Numeris: Loquutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israël, et dices ad eos: Quū ueneritis in terram, quam ego dabo uobis, et comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino de pinsendis panibus uestris: sicut de area primitias separabitis, ita et de pulmētis dabitis primitiua domino. Aenigmaticè, atq; obscure nimium, per figuram ista: fiebāt, quibus uelut de cælo, panis. i. Christus, obūbrabatur. Recordari enī oportet, quòd homo propter nos factus, et ad similitudinem nostram, quasi primitiæ quedam, ac separatio nostræ masse, ut scribitur, Deo Patri oblatu est, primitiuus

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

mogenitus ex mortuis factus, & primitiæ resurrectionis
 hominū usq; ad cælum ascendentes. Coepit enim à nobis
 hominem, ut scribitur, quia semen Abrahæ apprehēdit,
 oblatuſq; est unus ex omnibus, et pro omnibus, ut omnes
 uiuificaret, sicut ex area primus manipulus Deo patri of
 ferri solebat. Et quemadmodū quū sit uera lux, hanc rem
 discipulis quoq; gratia attribuit: Vos enī, inquit, lux estis
 mundi. Sic cum ipse sit panis uiuus, qui omnia uiuificat,
 continetq; ut sint, similitudine atq; umbra legali, per. 12.
 panes, sacrum Apostolorū præfigurauit consortium. Le
 gitur enim in Leuitico: Et locutus est dominus ad Moſen,
 dicens: Præcipe filijs Israël, ut offerant tibi oleū de oliuis
 purum ac lucidū, ad concinnādas lucernas iugiter extra
 uelum testimonij in tabernaculo fœderis. Accipietis etiā
 simiā, et coquetis ex ea. 12. panes, et cætera quæ Cyrillus.

Apostoli igitur panes, in quibus ihus lucidissimum,
 ut sciamus eos odorem CHRISTI factos. Quanto igitur
 odoratior & grattor panis est, CHRISTVS ipse, cu
 us redolentiæ paruū quendam uaporem à se illi emit
 itant? imò solus CHRISTVS etiam in illis pascit, &
 proinde solus uitale est uerbum, & in odore unguento
 rum eius, post eum currunt adolescentule, quanto desy
 derio cerui æstuant ad fontes aquarum. Quod testa
 bitur, quisquis illum in ima mentis uiscera traiecerit, co
 gnoscendo, quā speciosus præ filijs hominum, quā
 diffusa in labijs eius gratia, quanta uis fragrantie ab eo
 pro. edat, et quanta sit eius benignitas, quāq; salutaris

DE VERBIS CAENAE DOMINI

fit credentibus. Sciunt quid loquar, qui olim onerati peccatis, non audebant in caelum tollere uultus, et praetormenta perpetua expectabant nihil, terrebantq; eos peccata, et in perpetuo tremore relinquebant, nunc uero gustata ea quae per Christum in sanguine eius misericordia, exultant, tripudiant, gratiasq; agunt Patri, cui reconciliati sunt, per Dominum nostrum IESVM. At qui nihil tale experiri, & neq; suam miseriam, neq; Christi misericordiam agnoscunt, non mirum est, si auertant aures, & delirare putent eos qui sapiunt.

Christiani itaque perpetuo sic conuiuuntur, & dum credunt, manducant, manducandoq; reficiuntur, etiam si non edant de pane illo, deque calice non bibant, ut Augustinus in Sermone quodam inquit: Nulli aliquate-
 nus dubitandum, unumquenque fidelium corporis & sanguinis Domini tunc esse participem, quando in baptisate membrum efficitur CHRISTI, nec abalienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat, calicemque bibat, de hoc saeculo migrarit in unitate corporis CHRISTI constitutus. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuabitur, quando in se, hoc quod sacramentum significat, inuenit.

Insuper, quod ad illam sacramenti carnei continentiam facit, nihil ex sexto capite Ioannis probari potest. Quid sit manduca Idem est manducare carnem, et uenire ad CHRISTVM, & credere in CHRISTVM, & in fide diligere,

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

ligere, quod ex effectis patet. Etenim sicut Dominus re car-
 dixit. Qui edit meam carnem, & bibit meum sangui-
 nem, in me manet, & ego in eo: Ita & dicit: Vos sti-
 mundi estis, propter sermonem, quem loquutus sum uo-
 bis. Manete in me, & ego in uobis. Et per dilectum
 discipulum dixit: Quisquis confessus fuerit, quod CHRI-
 STVS est filius Dei, DEVS in eo manet, & ipse in
 DEO. Quod de charitate quoque dicit: DEVS cha-
 ritas est: qui manet in charitate, in DEO manet, et DE-
 VS in eo. Et iterum: Qui habet filium, habet uitam:
 qui non habet filium, non habet uitam. Ostendunt scri-
 pturæ illæ inter se collatæ, quid sit manducari car-
 nem CHRISTI manducatione spiritali. Sicut enim in CHRI-
 STO manet, & CHRISTVS in eo, qui illum confitetur,
 & propter sermonem mundatur: ita & is qui edit car-
 nem, in CHRISTO manet, & CHRISTVS in eo.

Pie igitur dictum est, et hoc ab Augustino: Ut quid paras Augu-
 uentrem & dentes: crede, & manducaſti. Credere aut̄ stinus.
 illud, nō est in eo, quod confitear in pane corpus Christi
 substācialiter adunatum, sed quod toto corde, mysterium
 incarnationis, passionis, et resurrectionis ac ascensionis
 amplectar. Hæc igitur qui non probè animaduertit, et
 priscos doctores magno periculo leget, & pronuntiabit
 paruulis ac infantibus necessariam esse Eucharistiam.

Quid dicent enim ad Cyrillum, cuius hæc sunt uerba su- Cyril-
 per Ioannem: Non possunt cū sanctificatione, beatæ uitæ lus-
 fieri participes, qui per mysticā benedictionē IESVM

E s non su=

DE VERBIS CAENAE DOMINI

non susceperunt. Et iterum, nō uerbo solum semper, sed etiam tactu mortuos excitabat Christus, ut ostēderet corpus quoq; suū uiuificare posse: quōd si solo tactu eius corrupta reintegrātur, quomodo non uiuemus, qui carnem illam & gustamus, et māducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suam participes. Oportuit certē, ut non solum anima per spiritum sanctum in beatā uitam ascenderet, uerum etiā ut rude atq; terrestre hoc corpus, cognato sibi gustu, & tactu, et cibo, ad immortalitatem reduceretur. Hec sanē qui cogere uolūt, prout uerba sonare uidentur, quantam turbā hominum saluis facient experitē? quantam uiam saluabunt, etiam impiē uiuentē? Contactu enim suo caro uiuifica nihil non uiuificabit. Inuenis enī ex uulgo multos, qui non uere credant Christū pro se passum, nam si crederent, maiorem gratitudinem uiuendo prae se ferrent, & fātentur tamen, quōd corpus in pane accipiant. Imō ferē totiū hoc hominum genus, qui corpus in pane credunt, si rogentur, nū putent satisfactū pro suis peccatis, & se acceptos Deo, dubitant, & nihil affirmare audent, & adhuc carnē Christi comedere se dicūt. Verum, ut dictum est, fides non eget ulla re externa, ubi uera fuerit. Regnum enim Dei intra nos est, & sanctificatur homo, non solum in anima, sed & corpore, etiam absq; sacramentaria manducatione.

Fides
exter=
nis non
eget.

Neque est quōd insultes: Ergo nullus & uanus erit sacramentorum usus. Profecto, ut iustiores dicēdi simus, nequitiam ex sacramentis asequimur, sicut neque ab alijs ex-

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

lijs externis operibus iustificabimur, quæ tamen utilia
 sunt ac necessaria, non tam in nostrum, quam proximi
 usum. Corde creditur ad iustitiam: uerum si tanta fides
 fuerit, ut etiam cogat operibus, siue baptismi, siue mar=
 tyrij, siue eleemosynæ, siue communicationis, uel alijs
 confiteri, & in nullis erubescere CHRISTVM.
 tantæ confessionis fides erit in salutem. Quod si dees=
 set locus confessioni & operibus, nimirum fides ipsa
 quæ in homine, unò spiritus autor fidei, non damnari si=
 neret hominem. Nam quum spiritus hominem illu=
 strari, & suum reddiderit, nimirum illum damnando,
 seipsum damnet. Quomodo igitur sacramentaria
 esitatio tam necessaria? Quomodo carne CHRISTI
 intra panem opus? cuius tanta dignitas, ut semel man=
 ducata, tollat esuriam, & reddat immortalem: at non o=
 peratur hoc, ut in pane existens. Qui hodie commu=
 nicant, & proximis diebus communicaturi sunt: non sa=
 tiuntur, sed rursus esuriunt. Atqui interna ac spiritu=
 alis manducatio, quæ fidei, illa hominem satiat, & esu=
 rire non permittit.

Se=
 mel esu
 Christi
 caro,
 reddit
 immor
 talem.

Nihilominus sanctissimus Eucharistiæ usus est, &
 propterea non superuacaneus ritus ille à Domino com=
 mendatus, ut corpus eius sub sacramento panis edamus.
 Nam ut interim de fœdere charitatis, & fidei externa
 protestatione taceam, mirifica spiritus sanctus fidem ex=
 ercens, in credentium pectoribus operatur, trahens eos
 ad maiorem

DE VERBIS CAENAE DOMINI

ad maiorem uite sanctimoniam, sicut Origenes contra Celsum scribit: Celsus, ut Dei ignarus, gratias Demoni-
 bus reddat, nos uero Conditori rerum, pro eius colla-
 tis in nos beneficijs, ubi & gratias diximus, oblati-
 panibus uescimur, qui utique ex oratione & precibus
 sanctius quoddam corpus conflat, quod sanè sancti-
 ores hos reddat, qui mente integriori hoc ipso utantur.
 Quid dicit hic sanctius corpus? Nunquid corpus CHRI-
 STI, pani accedens? Nunquam ita delirauit tantus
 uir, quantumuis aliàs periclitatus est. Sed ita dicit
 sanctius: quia cum creatura omnis sancta sit creati-
 one: Omnia enim quæ creauerat, uidit DEVS quod
 bona erant ualde, eadem sanctior redditur gratiarum
 actione, & si non in se, nobis tamen. Sanctificatur
 enim per orationem & precationem, ut Apostolus
 ad Timotheum scripsit. Hæc uero creatura panis, ita
 sanctificatur sanctissimo usui seruiens, ut & corpus
 CHRISTI quod representat, appelletur, ut en-
 tesq; sanctificet, non sua quidem natura, sed utentium
 sanctimonia, hoc est, fide, & affectu sancto.

1. Timo-
 the. 4.

Non minus enim uere hoc quis de Eucharistia affir-
 marit, quàm de precibus, quæ usu suo hominem sanctifi-
 cant, sicut pulchrè Chrysostomus in sermone De oratio-
 ne dicit: Ipsi qui precantur diligenter, probè cauent, ne
 quid illis indignum precibus accidat. Erubescens enim
 Deum cui loquuntur, omnes facile repellunt maligni Dæ-
 monis machinationes, cogitando apud se ipsos, quantum
 sit malum,

10. OECOLAMPADII EXPOSITIO:

sit malum, & quàm turpe cum qui ut Deo loquutus est,
 & cum continentia & sanctitate rogauit, statim ad dia-
 bolum transire, & admittere in animum foedas uolupta-
 tes, & dare diabolo trāsitum in mentem, quam paulo an-
 tea Deus inuiserat, & permittere dæmonibus ingredi
 in animam, in qua spiritus sancti gratia multam miseri-
 cordiam paulo antea demonstraauerat. Et quomodo? Au-
 di. Impossibile est homini, absq; operatione spiritus, diui-
 nam conuersationem agere: sed opus est, ut aſit maius
 quiddam uiribus humanis, et operatur sanctum studium
 & curam. Igitur cum intrat & flectit genua, tunc oran-
 dum & precandum, quoniam ut Deo loquamur, opus est
 ingredi in nos spiritus gratiam solidantem, & fiduciam
 præstantem, docentemq; honoris magnitudinem. Quan-
 do igitur discis, quod et Deo loqueris, & spiritus sancti
 operationē colloquio susceperis, nullum dabis transitum
 diabolo in animā sanctificatam à spiritu. Sicut enim qui
 Regi loquuntur, suauibus sermonibus & honore fruun-
 tur, nolent consortiū mendicorum et abiectorum, ita et
 qui Deo loquutus est, maligni & impij consuetudinem
 refugit. Ita se habent, qui pijs sunt oratores: quanto magis
 tam sanctis symbolis adhibitis, admonebuntur prudentie,
 et operantē intra se spiritū sanctum experientur, sancti-
 ficareq; se studebunt, quando non solū Deo loqui se cogi-
 tant, sed sancta recogitatione ferè ante oculos uident Do-
 minū IESVM Christum Dei filium, corpus in mortē tra-
 dere, ac sanguinem pro ipsis effundere. Quomodo enim
 hoc tantis

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Cypri-
anus.

hoc tantis communicantem mysterijs non inflammaret? Vnde Cyprianus in Sermone De oratione Dominica, quàm periculosum sit, arceri à cæna domini, admonet, dicens: CHRISTVS nostri, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem nobis dari quotidie postulamus, ut qui in CHRISTO sumus, & Eucharisti-
am quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente a-
liquo grauari delicto, dum absenti, & non comuni-
cantes, à cælesti pane prohibemur, et à CHRISTI corpo-
re separemur, ipso dicente et monente: Ego sum panis vi-
tæ, qui de cælo descendi. Si quis edit ex hoc pane, uiuet
in æternum. Quando ergo dicit in æternum uiuere, si
quis ederit de pane eius, ut manifestum est eos uiuere, qui
corpus eius attingunt, & Eucharistiam iure comuni-
cationis accipiunt: ita contrà timendum est, & oran-
dum, ne dum quis absentus separatur à CHRISTI
corpore, procul remoueat à salute, comminante ipso &
dicente: Nisi ederitis carnem filij hominis, & bibe-
ritis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. Et
ideo panem nostrum quotidie petimus, ut qui in CHRIS-
TO manemus & uiuimus, à sanctificatione & corpo-
re eius non recedamus.

Hac expositione beatus Martyr, id quod ubique solet,
à schismate & discordia dehortatur. Iuxta eum enim,
quotidianum panem recipiunt, qui in charitate perse-
uerant, & à corpore CHRISTI mystico, quod est Eccle-
sia, non auelluntur, ut pua cælestis panis per fidem uere
participes.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

participes. In cuius rei mysterium quotidie communi-
cant, & per singulos dies, symbolis pacificis, membra se
CHRISTI declarant. Hinc patet, quàm graue quiddam
abstinentia sit: multo autem grauius, si Ecclesia ex-
communicet: grauisimum denique, si & Deus, ut pal-
mitem aridum execet, à uite uera, quæ est CHRISTVS.

Contentiosiores, ex dictis illis, pertinaciæ fomentum
inueniunt: sed qui perspicacius intuentur, manifestè ui-
dent, à Cypriano aliud dici panem qui postulatur, aliud
esse Eucharistiam quæ accipitur: aliud sacramento-
tenus C H R I S T I corpus manducare, & alud
ipso celesti pane pasci. Vt cætera omittam: nonne in
fine dicit: Qui in C H R I S T O manemus &
uiuimus: quod nimirum à celesti pane est, & à sanctifi-
catione & corpore eius non recedamus, hoc propter
Eucharistiam dicit, qua testamur sanctimoniam, qua
paramus nos ad communionem & innocentiam, ita ut
rectè membra uocari mereamur. Rectè examinans, &
Cyprianum intelligens, subesse in uerbis eius latentem di-
stinctionem uidet.

Porrò Augustinus, sedulus Cypriani lector & admi Augu-
rator, eundem in oratione Dominica locum explanans, stinus-
pulchrè, ac scitè inter triplicem panem distinguit. Quin
& 21 libro de Ciuitate Dei, hæresim, quæ ex peruerso
intellectu uerborum Domini: Qui manducat meam car-
nem, uiuet in æternum, satis indicat, quid inter spiritualē
& sacramentariam intersit manducationem. Etenim cō-
iungi pos-

DE VERBIS CAENAE DOMINI

iungi possunt & seiungi. Spirituales quidem, siue iuncta sit, siue non iuncta sacramentali, semper utilis est ac uiuifica. Sacramentalis aut iuncta quidem spirituali, nō per se, sed propter spiritualem additam conducibilis, eo quōd incitando, & occasionem praebeudo, exerenti se spiritui seruiat: sola uero, inutilis esset ac damnosa.

Cyri-
lus.

Porro communicandi assiduitas quam salutaris sit, Cyrillus, quamuis serē nimium promiscue de re sacramēti & sacramento loquatur, sic inquit super uerba illa: Qui uerūt ad me non esuriet: Quid igitur Christus pollicetur, quid credentibus affert? Corruptibile certe nullū, sed benedictionem, quam cōmunicatione corporis et sanguinis asequimur, unde ad eam incorruptionem integrē reducemur, ut cibo et potu corporali non indigeamus. Vi uificat enim corpus Christi, et ad incorruptionē sua participatione reducit. Non enī alterius cuiusdā est corpus, sed ipsius uitae corpus est, uirtutem incarnati uerbi retinens, & plenum potestate illius, quo uniuersa et uiuunt, & sunt. Quae quum ita se habeant, sciant baptisati homines, & diuinae gratiae facti participes, si rarius in Ecclesiam proficiscantur, et longo temporum spacio, propter simulatam religionem, mysticē communicare Christo recusent, ab aeterna uita se procul depellere. Quippe recusatio huiusmodi, quamuis ex religioe proficisci uideatur, & scandalum facit, et laqueos instruit: quare oportet omnibus uiribus à peccato mundari, et recte uiuendi iactis fundamentis, magna cum fiducia ad uitam concurrere.

Sed uariæ

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Sed uariæ sunt diaboli multiplicesq; ad decipiendum insi-
 die. Nam primum ad uiuendum turpiter inducit, deinde
 cum malis onerati fuerint, tunc abhorrere à Christi glo-
 ria persuadet, qua possent à turpitudine uoluptatis quasi
 ab ebrietate reuocari. Quare demus operam oro, ut uin-
 culis eius abruptis, & iugo seruitutis peccatorum excusso,
 in timore Domino seruiamus. Et ut carnis uoluptate per
 continentiam superata, ad coelestem gratiam accedamus
 corporisq; Christi participes efficiamur. Sic enim sic in-
 quam, & diabolum fugabimus, & diuinæ naturæ parti-
 cipes ad uitam & incorruptibilitatem ascendemus. Con-
 fusanea uidetur hæc Cyrilli lectio, & non discernens in-
 ter participationem spiritualem & mysticam, sed poeniti-
 us introspicienti non spinosa est. Primum indicat quan-
 tum bonum ex cōmunicatione corporis & sanguinis per
 fidem habeamus, nempe, benedictionem, uitam, incorrup-
 tionem & satietatem. Mira enim uirtus eius corporis est,
 uiuificat enim corpus Christi, & c. quæ non de sacramen-
 to sonant, Deinde indicat id beneficii neuiquam negligen-
 dum in mystica cōmunionem, iuxta illam declarans, quid
 accedat usu fidei, & tantum non hortatur, ne in uacuum
 gratiam reaperint. In quibus enim fides torpescit, hi nau-
 fragantur & ab æterna se uita depellunt. Vide quo de-
 ducit contempsisse symbola? Atque uera fides sollicita est
 modis omnibus, ut etiam lucri quippiam ex sacramentis
 sibi pariat. Animaduerte item, qua ueneratione ad Eucha-
 ristiam uult accedi, nempe superata per continentiam uo-
 luptate, nam precum gratia Paulus ad tempus secedere

Cōmuni-
 catio per
 fidem.

Mystica
 cōmuniō

DE VERBIS CAENAE DOMINI

iubet coniuges, ita & ad gratiarum actionem, quae sanctissimis precibus iuncta est, castis corporibus & uigilantibus, nec curis mundi ebrijs mentibus opus erit.

Cyillus. Unde tantus fructus, ut omnia quae ipsi corpori Christi tribuuntur, & sacramento quod signat corpus, ferantur accepta. De quibus Cyrillus iterum non multo postea dicit. Nos uero si uitam aeternam consequi uolumus, si largitorem immortalitatis habere in nobis desideramus, ad recipiendam benedictionem libenter concurramus, caueamusq; ne loco laquei damnosam religionem diabolus nobis praetendat. Recte inquit dicitis. Scriptum tamen esse non ignoramus, iudicium sibi comedere atq; bibere, illum, qui de pane comedit, & de calice bibit indigne. Ego igitur probo me ipsum, & indignum inuenio, quando igitur quicumq; tu es, dignus eris? Quando Christo te ipsum offeres? Nam si peccando indignus es & peccare desinis. Quis enim delicta intelligit secundum Psalmistam? expeps omnino eris uiuifica huius sanctificationis. Quare pijs quae cogitationes, suscipias, studiose sancteq; uiuas, & benedictione participes, quae mihi crede non mortem solum, sed etiam morbos omnes depellit, sedat enim eum in nobis mancat Christus, seuientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perurbationes animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis conderat, sed aegrotos curat, collisos reinte grat, Et sicut pastor bonus animam suam pro ouibus posuit, ab omnino nos erigit casu. Vbi igitur tantae utilitates, quis dixerit ritum superuacaneu, tamen si absq; externo strepitu, & signorum adminiculo, copiosius nonnumquam operetur,

IO. OECO. EXPOSITIO,

in credentibus diuina uirtus, uerum nostra requirebat fragilitas, & fratrum charitas, ut externa quedam gratitudinis indicia non deessent, quibus uerissime nos persecuturos in Christiana militia contestaremur.

Cæterum, quomodo hæc gratia coelestis diuinitus nobis donetur, ne homo suæ industriæ tribuat, quod diuinæ misericordiæ ascribendum. Audiamus Augustinum, quid ille libro de trinitate tertio tradat Augusti. Paulo autem altius repetamus eius testimonium, utputa nostro instituto seruiens Si ergo, inquit, apostolus Paulus quamuis adhuc portaret sarcinam corporis quod corrumpitur & aggrauat animam, quamuis adhuc ex parte atq; in enigmate uideret, optans dissolui & esse cum Christo & in semetipso ingemisceret adoptionem, expectans redemptionem corporis sui, potuit tamen significando predicare dominum Iesum Christum, aliter per linguam suam aliter per Epistolam, aliter per sacramentum corporis Christi. Obserua quid dicat, tribuit sacramento predicat Sacramē tionem Christi, non minus quam uerbo uel Epistolis, tamen tis adunus met si alio modo, hoc sanè manifestum, quod sicut uerbis ciatur inesse fatemur operantem spiritum, non quod in labijs se Christus deat docentis, sed quod pectus occupet auditoris, homine ministrante, ita et in sacramentalibus ceremonijs sancti quoddam & sublime predicandi genus est, operante indignis suam operationem diuina uirtute, tamen si elemento nihil accedit, præter hoc quod adhibitis precibus sacram num signum esse incipit.

Eadē & in libro de sermone domini in monte asserit,

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Vere enim sibi constat, & iterum uerbo dei ac scripturis
 associat, aicens. Spiritualis cibus dictus est panis quodidia-
 nus, non quia non sit sempiternus, sed quia in scripturis,
 siue in strepitu uerborum, siue quibusq; temporalibus sig-
 nis exhibetur animæ. Quia omnia in patria non erunt,
 quum omnes docibiles erunt deo, & ipsam ineffabilem
 lucem ueritatis non motu corporum significantes, sed pu-
 ritate mentis haurientes. Discimus & ex his uerbis, ad-
 monitione signorum, cibum ueritatis, animabus exhiberi
 Sed redeamus ad ea quæ superioribus iungit, in libris de
 trinitate.

Augusti. Nec linguam quippe eius, nec membranas, nec attra-
 mentum, nec significantes sonos lingue editos, nec sig-
 na literarum conscripta, corpus Christi & sanguinem da-
 cimus, sed illud tantum quod ex fructibus terræ acceptū,
 & præ mystica rite sumimus, ad salutem spirituales
 in memoriam pro nobis dominicæ passionis.

Vides hic clarissime, quid totam rem perficiat, deniq; non
 obtiat, quid operentur, & quantum animos moueant sa-
 cramenta, ut ne in re externa, quiddam mutari suspice-
 mur. Nam subiungit, quod quum per manus hominum
 ad illam uisibilem speciem perducitur, non sanctificatur,
 ut sit tam magnum sacramentum, nisi operante inuisibi-
 liter spiritu dei, quum hæc omnia quæ per corporales mo-
 tus fiunt, deus operetur, mouens primitus in uisibilia mi-
 nistrorum, siue animas hominum, siue occultorum spiri-
 tum sibi subditas. Dixerat nihil curam, providentiam
 & imperium dei subterfugere, nude uoluit & hoc decla-

IO. OECOLAMPADII. EXPOSITIO.

rare, quomodo sancte illæ affectiones, sacramentorum ministerijs nascantur. Proinde uerba illa non sunt somnuculose prætereûda. Dicit enim, quòd quantum ad ministrorum operationem & materias ante oculos positas, nõ foret tantum sacramentũ, imò non moueret magis quàm merua litera, id quòd sæpe experimur, sed spiritus dei inuisibilia ministrorum, hoc est corda hominum mouet, ut memoria mortis Christi, ad diuina contemplanda rapiantur. Vides unde dulcedines ac raptus & oscula suauissima, & miracula uera, quæ hic admirari oportet, atq; in hunc modum se gratia Christi communicat, transubstantiationes autem & consubstantiationes, & qualescunq; uersiones nequaquam nouit, neq; admittit scriptura, neq; dicit in animam hominis crasso modo ingredi

Hæc opinio satis declarata, Doabimus nunc absurdo Christi absurdius esse carnem Christi carnaliter carni nostræ se carnem unire, quod quidam asserere non dubitarunt, ueterum di nostræ etis moti, quæ parum intellexerunt. Neq; enim tam cras carnaliter si fuerunt, ut in extremos illos prolaberentur errores, sed nõ uniri nobis rectius imputandum fuerit, qui tropis & sermonibus eorum non assueuimus, omnia absq; iudicio legentes, & deuorantes. Neq; enim unquam doctorum præsertim ueterum auctoritatem sobmotam uelim, quatenus à scripturis sanctis non recedunt, sicut si recedant, defendendos non reaperim. Etenim neq; in recentiorum, neq; in priorum uerba, sed ueritatem iuratos nos oportet,

Proferam itaq; nonnulla ueterum testimonia, quæ probare uidentur carnem nostram à carne Christi in hoc sa-

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Irenaeus. cramento ali. Et à uctustissimo Irenaeo incipiam, qui libro
 contra hereses. 3, cap. 33, sic scribit. Quomodo autem con-
 stabit eum panem in quo gratiae sunt actae, corpus esse do-
 mini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabrica-
 toris mundi filium dicant, id est uerbum eius per quod lig-
 num fructificat, defluunt fontes, & dat quidem primū soe-
 num, post deinde spicam, deinde plenum triticum in spi-
 ca. Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptio-
 nem uenire, & non percipere uitam, quae à corpore do-
 mini & sanguine alitur. Ergo aut sententiā mutem, aut
 abstinam offerēdo quae praedicta sunt. Nostra autem sen-
 tentia consonans est Eucharistiae, & Eucharistia rursus
 nostram confirmat sententiā. Offerimus enim ei quae
 sunt eius, cōgruenter cōmunicationem & unitatem prae-
 dicantes carnis & spiritus, Quemadmodū enim qui est à
 terra panis percipiens uocationem dei. Iam non communis
 panis est, sed Eucharistia, ex duabus constans rebus, terre-
 na & coelesti, sic & corpora nostra percipientia Eucha-
 ristiam, iam non sunt corruptibilia spem resurrectionis
 habentia. Offerimus autem ei non quasi indigenti, sed
 gratias agentes dominationi eius, & sanctificanti creatu-
 ram. Prima facie haec Irenaei legenti apparent asserere,
 à carne Domini ali nostram, panemq; esse ipsissimum
 corpus Christi, ut quidam contendunt, sed nunc hoc uult,
 neq; ita habet res. Agit contra haereticos negantes bonas
 esse creaturas & resurrectionem corporum, quos redar-
 guere nititur à ratione sacramentorum & oblationum
 nostrarū. Offeriebant enim prisca de frugibus, deūq; fru-
 gum authorem testabantur, quae tamen in usum a debent

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO:

pauperum. Stultum autem fuisset ex alienis & cuiusdam mali dei rebus, accipere res quibus bono deo gratias agerent, ut arguit Tertullianus. Ex ea oblatioe assumebatur & panis singulari usui cæne dominicæ scriuens, ac dicitur Corpus domini, eò quòd sacramentum & figura dominici corporis.

Arguere igitur uult. Si panis ille non esset bonus, neutiquam delectus fuisset à Christo in hoc sacramentum, ut sit corpus eius, qui idem uerbum ac filius dei, per què & omnia fiunt ac creata sunt. Cæterum hoc loco non agit præcipue, ut euicat corpus esse illud domini. Argumentum enim eius refutat hereticos, siue panem corpus ipsum, siue sacramentum corporis esse affirmes. Hoc autem magis spe standum, quomodo nos alimur corpore & sanguine Christi, ita ut simus incorruptibiles, probare enim uult per sacramentum corporis, quo alimur, resurrectionem carnis, id quod per prophanum panem nemo posset, quæ enim inde spes resurrectionis, ubi nulla resurrectionis commemoratio, quæ religiose in sacramento fit, quòd memores nos facit tritici, quod in terram cecidit, & multum fructum fecit. Dicit autem Eucharistiam duplici constare natura, terrena scilicet & cœlesti, terrena quia est à terra, è qua dono dei creuit, id quod contentiose negant Papistæ, cœlesti autem, quia gratiarum actioni seruit, & percepit dei uocationem, eò quòd nomen dei inuocatum est super illam. Congruam sententiam Eucharistie sic intellige, nam & creaturam terrenam, bonam dicimus, & gratiarum actione ita celebramus, ut resurrectionem corporum speremus. Quia enim Dominus noster Iesus CHRISTVS

DE VERBIS CAENAE DOMINI

in corpore suo resurrexit, posthac non moriturus, & nos communicamus eius carni, id quod symbolo sanctificati panis gratias agentes testamur, reliquum est, ut & nos simus incorruptibiles. Etenim ut spiritu communicamus Christo, ita carni quoque. Et hoc uocat predicare communicationem & unitatem carnis & spiritus, alioquin quid certius est corruptibilitate corporum nostrorum, spc tamen in Christo qui resurrexit, incorruptibilia dicuntur, Aut quae foret probatio contra negantes resurrectionem, si carnem Christi nostrae dicas uniri, & nostram pro pedem in cinerem redigendam, uel si dicas decrescere & auge scire, nonne id quoque carni Christi accideret, quod intolerabile auditu. Itaque piam sententiam pio auctori tribuerim, quomodo autem caro Christi nostrae donet immortalitatem, ex sequentibus cognosces. Aequae autem obscura sunt, quae idem auctor in quinto libro narrat, contra eosdem negantes resurrectionem.

Irenaeus. Vani autem, inquit, omni modo, qui uniuersam dispositionem dei contemnunt, & carnis salutem uegant, & regenerationem eius spernunt. Sic autem secundum hoc uidelicet nec dominus sanguine suo redemit, neque calix Eucharistiae communicatio sanguinis eius est, neque panis quem frangimus communicatio corporis eius est. Sanguis enim non est nisi à uenis & carnibus & à reliqua quae secundum hominem substantia, qua caro factum uerbum dei, sanguine suo redemit nos. Quemadmodum & Apostolus ait. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius & remissionem peccatorum. Et quoniam membra eius sumus,

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

sumus, & per creaturam nutrimur. Creaturam autem ipse nobis prestat solem suum oriri faciens, & pluens quem admodum uult. Calicem qui est creatura sanguinem suum testatus est, & panem qui est creatura suum corpus confirmauit, ex quo nostra auget corpora. Quando ergo & mixtus calix & fractus panis percipit uerbum dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & consistit nostra carnis substantia, quomodo negat carnem capacem esse donationis dei, qui est uita eterna, que & sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius fit, quemadmodum apostolus ait, in ea que est ad Ephesios Epistola. Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Non de spiritali aliquo & inuisibili homine dicens hæc. Spiritus enim neque carnem neque ossa habet. Sed de ea dispositione, que est secundum hominem, que ex carnibus & neruis consistit, que de calice, qui est sanguis eius nutritur, & de pane, qui est corpus eius augetur.

Multis rationibus moueor, Irenæi sermonem suis temporibus non fuisse tam obscurum, atque nobis est. Exemplaria enim magna incuria descripta sunt. Interpretes gratiam reliquit, ut quum dicit, secundum hominem substantia, id est, humana substantia, confirmauit, id est, at testatus est, & similia. Et Irenæus ipse apostolicis tropis, tunc notioribus, peculiariter usus est. Conabimur tamen Resurre-
iuuante deo obscurius dicta explicare. Arguit primum, etio con-
Si non uere resurgimus, & non uere regeneramur (est autem resurrectio, consummata regeneratio) Sequitur nec

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Summa = dominum sanguine suo nos redemisse, & ita sanguinem
 ta regene illum, non fuisse uerum sanguinem, & frustra effusū, eō
 ratio. quod non fuit efficax ad nos redimendum à morte, id quod
 nemo Christianus dicet, praesertim apostolica authorita-

te commonitus, habere nos redemptionem per sanguinē.
 Arguens deinde, si non est futura resurrectio, mendacia
 fore sacramenta nostra, infert dictum Apostoli ad Corin-
 2. Cor. 10 th. & dicit, neq; calix Christi cōmunicatio sanguinis eius
 est, neq; panis quem frangimus communicatio corporis
 eius est. Pauca Apostoli uerba demutauit. Paulus enim dī
 cit, Poculum benedictionis cui benedicimus, breuiter Ire-
 naeus dicit. Calix Eucharistiae, id est, gratiarum actionis.
 Ex mēte autem Pauli Irenaei quoq; deprehendemus. Di-

Explicat = cit Paulus Corinthiis. Nonne sanctus ille calix, qui in me-
 tus Pau= moriam mortis cum gratiarum actione, pro sanguine qui
 lus. effusus est sumitur, sacramentum nostrum est, omnes nos
 in unam societatem confoderans, illo sanguine redemp-
 tos se credentes, qui in uini figura commendatur? Nonne
 sanctus ille panis qui similiter inter nos diuiditur, in me-
 moriam mortis Christi, testis est ac indicium societatis no-
 strae ac cōgregationis, quae credit se corpore Christi, quod
 in pane representatur uiuificatam. Neq; enim Paulus hic
 dicere uult, panem corpus, uel calicem sanguinem, uel ita
 nos participes esse, ut caro Christi in carnem nostram, uel
 nostra in ipsius carnem uertatur, uel nostram contingat
 fieri substantialiter, Sed magis certa symbola, quibus nos
 in fidelium numero declaremus, si autem non resurgere-
 mus

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

mus, recte colligereatur, sacramenta illa non signare uerum sanguinem Christi, & in hoc fallere, quod resurrectionem polliceantur, sicut beatus Episcopus subdit, sacramenti arcanum exponens. Quemadmodum lignum Irenaeus uitis depositum in terra, suo fructificat tempore, & granum tritici decedens in terram & dissolutum, multiplex surgit per spiritum dei, qui continet omnia, quae deinde per sapientiam dei in usum ueniunt. Sic & corpora nostra ex ea nutrita, & reposita in terram, & resoluta in ea resurgent, in suo tempore, uerbo dei, resurrectionem eis donante in gloria dei patris, qui huic mortali immortalitatem circumdat, & corruptibili incorruptionem gratuito donat. Quoniam uirtus dei in infirmitate perficitur: ut non quasi ex nobis infirmur, & aliquando extollamur aduersus deum ingratam mentem recipientes. Porro & in alijs essent fallacia signa, si non esset resurrectio signant enim uerum corpus & uerum sanguinem. Sanguis probat uerum fuisse corpus, & corpus uerum sanguinem in Christo, quod si uera, & resurrectio uera, Tendet autem eò disputatio, ne putatius credatur homo fuisse, quae heresis penitus resurrectionem tollit.

Vltra quādo dicit. Quoniam membra eius sumus, & infra Ephe. 5. sermonē auctoritate Pauli confirmat ex epistola ad Ephe: Quoniam membra sumus corporis eius. Certum est Paulum ostendisse uerbum sibi uere uniuisse naturam humanam & sicut Eua ex Adam fuit. Ita Christus quoque id genus ossium & carnis, quibus nos constamus accepisse.

Vnde

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Vnde semper propter eandem carnem consecraturum est
 si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Mox autem
 dum adijcit, & per creaturam nutrimur, alio argumento
 premit negantes resurrectionem.

Quare Tam mirabile enim est, carnem à pane nutriri, si ratio
 panis & nes uelis excutere, atq; si dicas carnem resurgere, Quin
 uinum ad hoc est non minus mirabile, quomodo triticum è terra
 sacramē: nascatur, & profecto nō nasceretur, nisi deus pluuia &
 delecta. & sole educaret. Hinc dicit, ex illis deum maxima nobis
 sacramenta delegisse, è quibus discernimus quanta spes ha
 benda, & ultra cōmendasse, illa uocando corpus & san
 guinem. Iam quum illa symbola in sacramenta delegit,
 quibus potissimum uegetamur, & sanctificari super ea
 nomen suum inuocari, & per ea gratias agi uolens, quo
 modo non polliaremur nobis resurrectionem? Est &
 hoc resurrectionis efficax argumentum, quòd caro nostra
 sanguine & corpore Christi nutritur. His uerbis idem ar
 guit ut supra, quòd cōmunicamus carni Christi, & quia
 uera caro est, & caro filij dei, efficax est, ut & credentes
 nutriat uiuificet ac resuscitet. Alioquin uerteretur corpus
 Christi in nostram carnem, si crassius intelligas, & que
 resurrectio, eorum qui baptizati sunt duntaxat? Ceterū
 mentem Irenæi ex Apostoli uerbis, que citat accipimus,
 quomodo membra sumus corporis eius, quis enim hoc
 loco in alienum sensum Pauli dictum detortum, de tanto
 uiro dicere non erubesceret? Deniq; & postrema uerba
 idem uolunt, Christi carnem, ueram carnem, & qualis no
 stra que cibo potuq; nutritur & augetur, quibus duobus,
 sanguinem

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

sanguinem & corpus significari uoluit. Quod si contentiosus esse quis uolet, enumerabimus multa milia sine eu charistie symbolis, uel ignoratis, uel nondum institutis, nutrita fuisse, & fide perpetuam quoq; uitam assequuta. Quid enim dices de abstemijs & alijs laborantibus? quid de latrone & alijs inter saxum & sacrum, ut uocant, fidem recipientibus? Expediret itaq; nō temere priscos uel inculpare uel ad quæuis dogmata stabilienda cogere doctores. Veniam oro mihi dari, quod in his explanandis occupor, aduersarij enim hisce testimonijs obiectis os obturare non raro conantur.

Discamus autem & ex Tertulliano, qui uicinus illi fuit, quo loquendi more, qui tunc uiuebant, utebantur. Etenim & ex illius de resurrectione libro locus obiectus est. Gratia autem deo, quod nobis arma ministrat aduersarij ut suis pereant gladijs, Dicit Tertullianus. Sed & caro abluitur, ut anima emaculetur. Caro ungitur, ut anima cōsecretur. Caro signatur, ut anima muniatur, caro manus impositione adumbratur, ut & anima spiritu illuminetur caro corpore & sanguine Christi uescitur, ut & anima de deo saginetur.

Tertullianus.

Age si hæc ideo asserit Tertullianus, quod in pane contineatur corpus realiter uel corpus carnaliter manducatur, tale quiddam & de aqua baptismi, de oleo, deq; manibus sacerdotum asserere cogetur. Addo etiam de melle & lacte, & de omnibus quæ humanitus inuenta sunt sacramenta. Nam & de melle ac lacte contra Marcionem dicit quod deus non reprobarit illorum societatem; quos

DE VERBIS CAENAE DOMINI

suos infantet . Oportebat uel ex huiusmodi loco diuina-
nare, imò clare uidere, quid diceretur. Quid est infantare
ut ille loquitur? nimirum ostendere nuper genitos in spi-
ritu uidelicet, neq; enim mel uel lac infantat, hoc est, infan-
tem reddit, neq; aqua abluit animam, neq; panis, licet uo-
cabulum corporis Christi sortiatur, animam pascit, sed
manifestum est, quod hæc diuina dona propter fidem ho-
mini concedantur. Ablue quam diu uoles incredulum,
non abibit anima mundiore, Inunge cum omni Campa-
norum oleo, & Hierichuntinorum balsamo, non faci-
es fortiorem uel mansuetiorem, uel charismatibus sancti
spiritus magis conspicuum. Communiceet quotidie & so-
lum iudicium reportabit.

Hoc sanè fatendum est, dum caro sic ministrat animæ
symbola sanctissimarum rerum, suspicando, multum no-
bis utilitatis accrescere, dum uel contestamur, mirifica i-
lla quæ intus per gratiam sunt, uel confortamur spiri-
tue precando, auocati interim à prophetarum cogitatio-
nibus, & in hoc unum intenti ut celestibus illustremur
graciarum splendoribus. Imò & necessaria sunt externa
illa quodammodo, si enim incorporei essemus, ut Chryso-
stomus super Mattheum dicit, nude dona incorporea no-
bis tradita essent, quoniam uero corpori coniuncta est a-
nima, in sensibilibus traduntur intelligenda. Scite dicta
sunt hæc, & pulchre ministerium nobis declarant sacra-
mentorum. At propterea tantam & quasi insititiam uini-
rebus inanimatis tribuere, nõ decet, Sicut Porphirus &
magi tradit. Impiū est per ea à fide auocari, per quæ ad
fide no

Chryso.

Quare
corpora-
lia nobis
tradita.

Magi.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

fidem adhortari oportebat maxime. Deniq; quid Tertul=

ilianus uocat corpus Christi abūde supra demonstratū est
 Similiter non terrent nos aduersarij Epistola Concilij Concilij
 Ephesini quod ceteris fuisse doctius lubens fatebor. In Ephefi =
 hac dicimur percipere carnem, uiuificatricem. Illi autem num.
 dicunt, nostram sententiam tunc caput suum excrementum
 tanquam haeticam esse condemnatam, & in germine,
 ut aiunt, contritam, uictāq; semel non oportere uinci de
 nuo, & rebellantē nō uenia dignā, sed ferro igniq; ex=
 terminandam. Misericordes scilicet uiros. Verū qui legūt
 acta concilij, nihil tale inter Canones eius contra nos pro
 nunciatum inueniunt: tamū epistola, quaedā ponit, à non
 nullis minus intellecta, Nec mirum, abbreviatius enim,
 quā oportebat illa citauit Gratianus, quae si fideliter pro
 lata fuissent, nō tantam suspicionem illius praesentiae cor
 poris Christi in pane, legentibus ingenerassent. Neq; e=
 nim tam indoctum uel improuidum erat concilium, atq;
 posteriora quaedam, quae Romae Verceilis, ac Turoni ac
 alijs locis, super his censuerunt.

Gratiā
 anus.

Legitur autem in Epistola, Cyrilli ad Nestorium no
 mine Synodi Ephesinae edita. Necessario igitur & hoc
 adijcimus. Annunciantes secundum carnem mortem u=
 nigeniti filij dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionē eius
 & in coelis ascensionem pariter cōfidentes, incruentam &
 lebramus in ecclesiasticis sacrificijs seruitutem, sic etiam
 ad mysticas benedictiōes accedimus, & sanctificamur par
 ticipes corporis & preciosi sanguinis Christi omnium no=
 strorū redēptoris effecti, nō ut cōmunē carnē percipientes
 quod

DE VERBIS CAENAE' DOMI.

quod absit, nec ut uiri sanctificati & uerbo coniuncti, sicut dignitatis unitatem, aut sicut diuinam possidentes habitationem, sed ut uere uiuificatricem eam professus est, Et ideo quamuis dicat ad nos, Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non tamen eam ut hominis unius ex nobis estimare debemus, quomodo enim iuxta suam naturam uiuificatrix esse caro hominis poterit? sed uere propterea esse factā, qui propter nos filius hominis & factus & uocatus. Ex his que paulo antea diximus quaedam Cyrilli declarātes, & haec colliquescunt. Nihil enim haec, cōtra nos que audimus in mysterio fieri, & in cruenta seruitutem ac mysticas benedictiones esse, atq; haec omnia antequam dicantur tam clare exponi. Quid enim est aliud in cruenta seruitus quā in annuntiatio mortis unigeniti & sic annuntiatio sacrificij, sacrificium dicitur. Si autē sanguis adest, iam cruenta seruitus est, & non solum annuntiatio sacrificij. Et ita annunciamus non solum mortem, sed & resurrectionem, & in caelos ascensionem, quo colliquecat illic non esse corpus. Et iterum uide, quā caute dicat, accedere quidem ad mysticas benedictiones, sanctificari uero participes corporis & preciosi sanguinis. Per benedictiones adsunt mysteria ac sacramenta. Sanctificatio autem, non à signis est, sed à fide, per quam corporis Christi sumus participes, cuius carnem diuinam & uiuificatricē cōtra Nestorium strenue asseuerabimus etiā ad mortem usq; modo infirmitatem nostram iuuat Christus, & in hoc nihil recedimus. Ceterū impanati corporis Christi

Incruenta
seruitus
mystica
benedicti
onis.

Impana-
tū corpus

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

Christi non meminit sanctus ille conuentus, neque enim propterea participes erimus corporis Christi, si ad mysteria admittamur, quæ & impij rapiunt, sed si fideles fuerimus, carnem Christi manducamus, siue participes sumus sacramentorum, siue non.

Ex quibus intelligere possumus, & ea quæ Chryso-
 stomus super Ioannem dicit, quorum & supra mentio-
 nem fecimus. Sic autem dicit. Necessario dicendum, quàm
 admiranda mysteria, & cur data sint, & quæ nam eo-
 rum utilitas? Vnum corpus sumus, & membra ex car-
 ne & ossibus eius, quare inuitati eius præceptis parere
 debent. Vt autem non solum per dilectionem, sed re ipsa
 in illam carnem conuertamur, per cibum efficitur, quem
 nobis largitus est. Qui hæc legunt, memores esse debent,
 legere se commentarios in sextum caput Ioannis, ubi ni-
 hil de sacramentaria manducatione loquitur. Et admiran-
 da mysteria uocat, nõ ceremonias quæ in pane & uino,
 sed οἰκνοῦνται ut uocant. Christi incarnationem, qua uer-
 bum caro factum est, & ita unum corpus sumus, & mem-
 bra ex carne & ossibus, sicut fratres Ioseph dicebant.
 Frater enim & caro nostra est. Veritatem enim carnis
 Christi, ubique doctores fideliter docent, alioqui dictum
 Apostoli ad Ephesios indigne tractabitur. Et si omnino
 contendas ceremonias admirandas, admissum esto, ma-
 xime admirabiles, propter significationem tam admiran-
 di corporis.

Porro quod sequitur quomodo re ipsa in illam car-
 nem conuert

H

nem conuert

DE VERBIS CAENAE DOMINI

nem conuertamur per cibum nobis datum, quis cibus il-
 le sit, ipsum os aureum eadem homilia docuerat, expo-
 nens hoc quod dominus dicit. Si quis manducauerit ex
 hoc pane, uiuet in aeternum, interpretatur. Panem siue
 doctrinā hoc in loco & salutem & fidem in se siue cor-
 pus suum, dicit, et quomodo fide in carnem eius conuer-
 tamur, non multo post dicemus, audiamus nūc reliqua,
 quae simplicem morari possent. Quum enim inquit suū
 in nos amorem indicare uellet, per corpus suum se no-
 bis cōmiscuit, & in unum nobiscum redegit, ut corpus
 cum capite uniretur. Hoc enim amantum maxime est.
 Hoc Iob significabat, de seruis à quibus maxime amaba-
 tur, qui suum amorem prae se ferentes dicebant. Quis
 det nobis ut eius carnibus impleremur? Quod Christus
 fecit, ut maiori nos charitate astringeret, & ut suum in
 nos ostenderet desiderium, non se tantum uideri permit-
 tens desiderantibus, sed & tangi & manducari, & de-
 siderio sui impleri omnes. Hec uerba si de humanitate
 Christi intelligantur, sicut dicta sunt, quanto magis mo-
 uent, & proposito congruunt? An non magnae charita-
 tis argumenta, nasci, mori, et resurgere in carne nostra
 propter nos? Natus enim homo se nobis commiscuit. Ve-
 rum hoc mouet quosdam, quod dicit carni illius dētes in-
 figi, & ut Cyrillus dicit, cognatum gustum, & propte-
 rea carnalem etiam canam requirunt. Sed non uident in
 circumspecti familiare, eloquentibus, par erga miscere pa-
 rabolis, sicut & pictōres hominem picturi, corymbos,
 flores.

IO. OECOLAMPA DII EXPOSITIO.

flores, cāpos, & flumina circumpingunt, ne autē putres, humano capiti subiungi equinā ceruicē, summā familia ritatem eo tropo cōmendant, ita præsenta uera carnis Christi tūc refocillatos, uti re quā auide cōmedimus. Impletū enim fuit desiderii prophetarū et ad hoc iuxta 70 accōmodat dictū cōtubernionū beati Iob. Nam Hebræa aliter sonant. quis det ut de caribus eius satiemur? hoc est eximio affectu dictū, quā ab amicis diuelli nolumus. Præterea in spirituali mādicatione nihil prohibet, quin sic loquamur. Nam ut stomachū, uiscera, fibras, uenas, oculos, genas et alia mēbra anime tribuimus modo spiritali, ita et spiritaliter mēbrorū opa ei nō denegamus, quod māducat, uideat, dētibus mordeat, et similia. Et est uidere in eadem homilia, quomodo multa laudātis more ^{et} de sanguine dicat, quod lauet, ornet, incendat, illustret, cœlū penetrare faciat, in quibus tamē nec crassi lectores offenduntur, & mirū est in una hac re nō uelle

Accersitur autē & Hilarius cōtra nos, (doceri qui dicit in Psal. 64. Habemus etiam cibū preparatū Et Hilarius quis hic cibus est? Ille scilicet à quo ad dei consortiū præparamur per cōmunionē sãcti corporis, in cōmunionē deinceps sancti corporis collocãdi. Id enim psalmus præses significat dicēs. parasti cibū illorū quoniã ita est præparatio tua. quia cibo illo quā in præsens saluemur, tamē in posterū præparamur. At nō pugnat cōtra nos. Fides enim cibus est, quo ad dei cōsortiū præparamur, nō signum, tametsi cibus uerbi uel sacramēti seruiat fidei, qua

H ij Christo

Fides
cibus.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Christo & omnibus eius mēbris incorporamur, & hic quidem pro conditione huius uitae fides beat, si tamen ad futuram respicias uitam tantum preparat. Etenim uere fideles, ut in uno campo militant, ita in uno regno trium phabunt. Sacramentum sanè uisibile nihil tale praestat, quamuis coram hominibus in testimonium assumitur, quasi fide incorporati simus.

Idem.

Violentiora uidentur, quae idem scribit libro de trinitate octauo, atque ita ut carnis esu nobis dari uitam conuincere credant. Sed proponamus ea primum, & deinde excutiamus, id quod non opinor, cariturum fructu. Dicit ergo. Eos qui nunc inter patrem & filium uoluntatis ingerunt unitatem, interrogo, utrum ne per naturae ueritatem, hodie Christus in nobis sit, an per concordiam uoluntatis? Si enim uere uerbum caro factum est, & nos uere uerbum carnem cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostrae iam inseparabilem, sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suae sub sacramento communicandae carnis nobis admiscuit. Ita enim omnes unum sumus, quia & in Christo pater est, & Christus in nobis. Quisquis ergo naturaliter patrem in Christo negabit, neget prius, non naturaliter uel se in Christo, uel Christum sibi inesse, quia in Christo pater, & Christus in nobis, unum in his esse nos faciunt. Si uere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & uere homo ille qui ex Maria natus fuit. Christus est, nosque

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

nōsque uere sub mysterio carnē corporis sui sumimus,
 & per hoc unum erimus, quia pater in eo est, & ille in
 nobis, quomodo uolūtatis unitas asseritur, cū naturalis
 per sacramentum proprietas, perfectæ sacramentum
 sit unitatis. Nō est humano aut sæculi sensu in dei rebus
 loquendum, neque per uiolentam atq; impudentem præ
 dicationem, cœlestium dictorum sanitati, alienæ atque
 impie intelligentiæ, extorquenda peruersitas est. Quæ
 scripta sunt legamus, & quæ legerimus intelligamus, et
 tunc perfectæ fidei fungemur officio. De naturali enim
 Christi in nobis ueritate quæ dicimus, nisi ab eo disci=
 mus, stulte atque impie dicimus. Ipse enim ait. Caro mea
 uere est esca, & sanguis meus uere est potus. Qui edit
 carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet
 & ego in eo. De ueritate carnis & sanguinis non est re
 lictus ambigendi locus, nunc enim & ipsius domini pro
 fessione, & fide nostra uere caro est, & uere sanguis
 est. Et hæc accepta atque hausta, id efficiunt, ut & nos
 in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc ueritas
 est? Contingat planè his uerum non esse, qui Christum
 Ihesum uerū esse deum negāt. Est ergo in nobis ipse per
 carnem, & sumus in eo, dum secum, hoc quod nos su=
 mus, in deo est. Quod autem in eo, per sacramentū com
 municatæ carnis & sanguinis sumus, ipse testatur di=
 cens. Et hic mundus iam me non uidet, uos autem me ui=
 debitis, quoniam ego uiuo & uos uiuetis, quoniam ego
 in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Si uolunta

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

tis tantum unitatem intelligi uellet, quur gradum quendam atque ordinē consummande unitatis exposuit, nisi ut cum ille in patre per naturā diuinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatē, & ille rursum in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur, ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur, quum nobis in se manentibus, ipse maneret in patre, & in patre manens, ipse maneret in nobis, & ita ad unitatem patris proficeremus, quum qui in eo naturaliter secundum natiuitatem inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quod autem in nobis naturalis haec unitas sit, ipse testatus est. Qui edidit carnem meam & bibit sanguinem meū, in me manet & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnē, qui suam sumpserit. Perfectae autē huius unitatis sacramentum superius iam docuerat dicens. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo per patrē, & qui manducat meam carnem uiuet per me. Viuit ergo per patrem, et quo modo per patrem uiuit, eodem modo nos per carnē eius uiuimus. Omnis enim comparatio ad intelligentiae formā praesumitur, ut id de quo agitur, sequundum propositū exemplum assequamur. Haec uero uitae nostrae causa est, quod in nobis per eum, ea conditione, qua uiuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum uiuimus i-naturam carnis suae adepti, quomodo nō naturaliter, secundum spiritū patrem in se habeat, qui uiuat

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

uiuat ipse per patrem? Per patrem autem uiuit, dum na-
 tuitas non alienam ei intulit, diuersamq; naturam, dum
 quod est, & ab eo est, nec tamen ab eo per aliquam inci-
 dentem naturæ dissimilitudinem separatur, dum in se ha-
 bet patrem per natuitatem in uirtute naturæ. Hec autē
 idcirco à nobis commemorata sunt, quia uoluntatis tan-
 tum inter patrem & filium unitatem, heretici mentien-
 tes, unitatis nostræ ad deum utebantur exemplo, tanquā
 nobis ad filium & per filium ad patrem obsequio tantū
 ac uoluntate religionis unitis, nulla per sacramentū car-
 nis & sanguinis naturalis communionis proprietatis in-
 dulgeretur, quum & per honorem nobis datum, dei fi-
 lij, & permanentem in nobis carnaliter filium, & in eo
 nobis corporaliter & inseparabiliter unitis, mysteriū
 ueræ ac naturalis unitatis sit prædicandum.

Hec omnia Hilarius, qui & ipse intellectu obscu-
 rior authoribus cæteris, non tam contra nos est, at-
 que apparet. Afferimus enim & ipsi sponte, quæ il-
 le probat, nempe operari CHRISTI uirtutem ac
 spiritum in fidelium cordibus, qui CHRISTI fra-
 tres sunt, ac participes, neque de hoc contentio, sed num-
 panilli corpus CHRISTI sit inditum, & ita cor-
 pus CHRISTI carni nostræ se associet, ut superstiti-
 osi sentiunt, & ex uerbis Hilarij arguunt. Si carnem
 CHRISTI cibo dominico sumimus, caro in cibo do-
 minico erit, nec attendunt mox subdi, sub mysterio
 uere carnem manducari. Quare ergo non sinunt

DE VERBIS CAENAE DOMINI

esse mysterium mysterium, & sacramentum sacramentum? aut si non intelligunt, quid sit mysterium, discant, ut contendendi fiat finis.

Mens Hilarij.

Sed mens Hilarij quae sit aperiamus. Ariani, ut plerasque scripturas torquebant, ita & illud Ioannis testimonium, ut ij unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, pro impietate sua stabilenda adducebant dicentes. Ecce hoc dicto Ioannis discimus, sic esse filium, unum cum patre, ut nos simus unum cum eo. Vnum autem sumus cum eo, non unitate naturae, quod per omnia foret impossibile. Quomodo enim homo manens homo, fieret natura deus? uel quomodo unusquisque hypostatica unione complectetur diuinam & humanam naturam? Absit. Sed unum sumus ob uoluntatem concordem. Igitur & Christus propter concordiam unum est cum patre. Sic impios illos ratiocinantes refutat Hilarius, & docet non solum Christum, sed nos quoque alio, quam concordie modo, unum esse cum deo. Nempe, quod sicut honorem accepit filius à patre, & unus est honor patris ac filij, ita suum honorem nobis & Christus comunicat, & per eundem honorem unum efficimur. Etenim omnes nos, quotquot Christiani sumus, eundem honorem sortiti sumus, neque est in nobis ultra uarietas. Quotquot enim, aut, in Christo baptizati estis, Christum induistis, non est Iudaeus, neque Graecus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque foemina, omnes enim unum estis in Christo Iesu. Omnes enim propter

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO;

enim propter Christum, qui in nobis operatur, ex æquo sumus honorabiles, nam in quibuscunq; operatur Christus, in hijs & honorari debet. Et sicut pater in Christo honoratur, eò quod qui uiderit Christum, uidet & patrem in Christo operantem mira, ita si uita Christum ex primamus, eiusque spiritum habuerimus illi adherentes, nimirum honos in nobis habitanti dabitur Christo, & per Christum patri. Et licet per unum operetur magis quam per alium, honore tamen unum sumus, omnes scilicet filij dei, & adoptione hoc quod Christus natura. Omnes fratres Christi, omnes templa spiritus sancti. Vides præter uoluntatis concordiam, nos quoque alio modo esse unum cum Christo, & ita cum patre, nempe honore, & operandi efficacia, quæ habitantem cum naturali proprietate in nobis arguit.

Honor autem ille nobis datus, quia enim Christus carnis nostræ particeps factus assumpta humanitate, et nos illi communicauimus, ut est in epistola ad Hebræos. Etenim pueri communicauerunt carni & sanguini, et ipse factus est particeps eorundem. Quia enim nostrum genus apprehendit uerus homo factus, quotquot credunt in nomine eius, per unionem naturæ accipiunt potestatem, ut filij dei fiant, nimirum, quia Christo incorporati, eaque et ueræ illius uitis palmites sunt. Tam efficax per fidem Christi est spiritus. Quod qui ignorat, nec uim fidei cognoscunt, sunt nonne tanta est, ut ea quæ Christus habet, in nos transferat, & quæ nostra in Christum ferentem nostras iniquitates, &

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

tates, & nostram faciat illius iustitiam.

Obgannire autem quis posset, si ideo cōmunicamus Christo, quia carnem nostram, homo factus assumpsit, communicabunt Christo & impij? quid hoc ad scelicitatem nostrā, quod Christus incarnatus? O incredulam uocem. Quid hoc ad scelicitatem nostrā? quasi scilicet communis caro Christi foret, ut scite in Ephesino Cōcilio dicitur? Diuina caro est, et uiuificatrix credentibus, at qui hominibus impijs & incredulis eadem in condemnationem erit, neque enim tales uere communicant, quandoquidem uerbum carnem assumpsit, eamque sanctam et immoxiā, in qua suas exercuit diuinas uirtutes. Impij eā in speciem quidem carnem gestant, sed perpetua incredulitate & immundicia contaminant, quapropter et ab ea uerbum abhorret. Contra, uerbum habitat in omnibus, qui fide integra recipiunt tanta incarnationis arcanā. Quis dixerit communionē regis & rustici, si purpura regia, sed detrita, indutus rusticus agrū stercoret, in luto operetur, & uilissima quaeq; ferat, rex autem in noua & splendida iura dicat, sapientiā loquatur, & uirtutibus conspicuus sit. Nemo regiū aliquod sordido tribuet. at uera communitio dicetur, si in eodem habitu, per omnia eadem agat, tametsi non ex eodem stemmate sit prognatus. Simili modo carnis Christi & carnis impij nulla erit communitio, quamuis impius eadem uestitus sit carnis trabea qua Christus, eo quod illam coinquinauit impius, & nihil in ea agit diuinum, unde & manifestum

in eo

Caro
Christi.

Caro im
piorum.

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

in eo non habitare uerbum, ac ociosam esse ac emortuam fidem. At fideles supra modum foelices sunt, quia carorum prouilegio fidei per mundiciam Christi purificata est, immortalisq; facta, utpote in gloriam patris resurrectione, fide quoque se in opera exerente cognobilem facit habitantem in ipsis Christum, & cum Christo in caelestibus confidet. Qui nunc uidere uult satis cognoscet, quid Hilarius dicat, naturaliter in nobis esse Christi ueritatem, qui nimirum libero arbitrio tribuet, fortassis non agnoscet. Declarat autem & scipsum dicens, tunc enim esse in nobis, dum secum hoc quod nos sumus, in deo est: quia humana natura in ipso a deo uerbo assumpta est.

Declarat autem & hoc quod Ambrosius libro de incarnationis dominicae sacramento dicit. Nam & si cre-
Caro
piorum.
Ambro-
sius.
 das inquit a Christo carnem susceptam, et offeras transfigurandum corpus altaribus, non distinguas tamen naturam diuinitatis & corporis, et tibi dicitur, si recte offeras, non autem recte diuidas, peccasti, quiesce, diuide enim quod meum, diuide quod suum est, quod suum uerbi est, ego quod erat illius non habebam, & ille quod meum non habebat, suscepit quod meum est, ut impartiret quod suum est, suscepit non ut confunderet, sed ut repleret. Si credas susceptionem, affingas autem confusionem, Manichaeus esse desisti, nec tamen ecclesiae filius esse coepisti. Si credas susceptionem corporis, adiungas diuinitatis compassionem, portionem utique perfidiae, non perfidiam declinasti.

Hunc

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Hunc locum citat dum existimaui, quum eum prior ci-
 Gratia = tarit Gratianus, nihil ad suum institutum facientem. Citat
 nus sem- tur autem ex libro de Cain et Abel, in quo nihil tale. Præ
 per idē. terea pro transfigurandum, legit transfiguratiū. Et exi-
 stimat oblationem in altaribus, consecrationem illam pa-
 pisticam, quum Ambrosius simpliciter alludat ad fidem,
 quasi dicat, si ita credideris, uel religionem habueris, di-
 xerat enim & supra. Si iudeus offerat, qui filium uirgi-
 nis Marie à deo patre separat, dicitur ei, si recte offe-
 ras, non autem recte diuidas. Vides hic offerre altaribus
 esse simpliciter credere? Quanta absurda sequentur, si
 ita hincinde impertinentia male consuerimus? Et queri-
 mus adhuc, undenam tot errorum zizania subnata? An
 non & pueri pronūciare possunt infideliter actum, uel
 saltem oscitanter. Gratianus transsubstantiationem inge-
 rere uult. Ambrosius uero docere cupit, quomodo in-
 carnatione uerbum suam nobis diuinitatem impertitum
 sit, nostram autem humanitatem assumpserit.

Ut autem ad Hilarium redeamus, & quæ ad Eucha-
 ristiam pertinent, examinemus, neque hoc omnino infi-
 cias ierim, cibo dominico uerbum carnē sumi. Nam quū
 Sēper fi- fidelis semper manducet carnem, etiam quando ad men-
 delis mā sam illam externam & uisibilem non accedit, quur non
 ducat & illa hora, si fides multo magis inardescit, et adipe pin-
 carnem, guedinis fiat delicatior, eo quod per sacra signa magis
 admonetur, at qui hoc probat in nobis esse Christum, nō
 in pane. O pauper culam animam, quæ non ante refocil-
 latur,

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

latur, quàm quando mensæ illius sit particeps, ignorat utique quid & quantum sit, propter beneficia accepta gratias agere, & contestari se ex gratiarum numero fore. Attamen & tunc foelicem, siquidem, Christum hospitem sortita fuerit, & uerbum carnem sumat, foeliciores tamen malle, ita ut etiam cæremonijs illis, quantum ad ipsum attinet, si priuatur, nihil sentiat incommodi. Dico quantũ ad ipsam actum: et, nam magis propter proximũ, quàm propter seipfos fideles externis symbolis uti de- cet, eo quod spiritus sancto afflati, liberi, mundi, iusti, & pingues ac beati sunt in Christo, cui insiti sunt, regnũ que dei intra se habent. Sed quia nemo uidit deum unquã, et agit in coelo Christus corpore, cui quod retribuamus habemus nihil, ne liberati semel ingrati sint, ulterius deo seruire in proximo, & in utilitatem omnem suam uitam instituere debent. Proinde credẽtibus & cõfessio in probationem fidei, ac usum proximi necessaria ad salutem, cuius confessionis pars eximia est communicatio, que ad alendam charitatem instituta, & ob hoc omnia dicta, ut quum nobis conscijsimus, nos fratres & membra esse in Christo, eam fidem & contestemur obsequijs & protestationibus externis, que ritus huius, mea sententia, causæ potissime sunt. Nam gratiarum actionis plerisque maior & in alijs horis offertur oportunitas. Et quod Tertullianus libro de pœnitentia refert, non ideo ablui, ut delinquere desinamus, sed quia iam desuimus, et quoniam iam corde loti sumus, ita & nos dicimus, non frequenter

Externo
rũ usus
ob proxi-
mum.

Tertullia-
nus.

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

quentare nos ceremonias illas, ut pascei incipiamus, sed ut pastos & pascei nos declaremus, & ut docuimus a bo dominico, hoc est, dum cibum dominicum sumimus, operante in nobis spiritus sancto, uerbum carnem sumimus. At quod propterea Christus non sit in pane, etiam alijs exemplis discere potes. Verbo prædicatis credito, et in uerū mētis traiecto, fidelis carnem Christi manducare dicitur, nō tamē idcirco in labijs uel in sono prædicatis inhabitat, caro proprie, nisi forte quod de Periclis dicebatur suadela, quā πείρα uocat, in labijs eius sedeat.

Quod non sit Christus in pane, sicut nec in sermone aut libris.

Hieronymus.

Item in scripturis discentes Christū, carnē eius manducamus, et tamen nemo dixerit in chartis uel characteribus infidentem, aut si dices, improprie dices. Et ne etiam hæc mea dicatur fictio, Hieronymus super Ecclesiaste ita dicit. Caro domini uerus cibus est, et sanguis eius uerus potus est, hoc solum habemus in præsentī sæculo bonum, si uescamur carne eius, cruoreq; potemur, non solum in mysterio, sed etiam in scripturarū lectione, uerus enim cibus est et potus, qui ex uerbo dei sumitur scientia scripturarū. Et ne hæc cōtemptibilia sint, quamuis apud multos uerbum dei non possum non ingemiscere tam contemni, & ad solum fermē pruritus aurium proferri, addiderim Christi carnem uerius sumere non nullos uel audiendo uerbū, uel legendo scripturas quam participādo mysterijs, qualia hodie sunt sæcula, & scio me non mentiri. Origenes quoque super Leuit. homil. 13. quum dixisset panem mysticum in loco mundo. i. anima non contaminata manducandum, uocassetq; sancta sat

Origenes.

10. OECOLAMPADII EXPOSITIO

Horum, exponendo cibum istum sanctum non esse com-
 munionem omnium, nec cuiusquam indigni, sed sancto-
 rum, id multo magis uerbo attribuendū censuit subdēs.
 Quāto magis hoc de uerbo dei, recte meritoq; dicemus.
 Hic sermo non est omnium, nec cuiuscunq;, sed sanctorū,
 &c. Quocirca diuus Augustinus prudenter monebat,
 non minus peccare negligenter audientem uerbum dei,
 quā corpus domini māducantē indigne, prōinde nō mi-
 norem uerbi quā eucharistię habendam rationem. At
 si cōstaret opinio de impanatiōe, innumeris modis plus
 delicti haberet panē polluens, ut Malachie uerbo utar,
 quā uerbum dei ex ore meo contemnens, quāto scilicet
 sonus oris mei organū uilius ipso pane carne Chri-
 sti nobilitato. Ceterū infartiri carne Christi uel rigare
 sanguine terrenū corpus nostrū uere absurdū est dice-
 re, at uerbū cū spiritu suo uiuificare, animam uicturā ne-
 cessario fatemur, & quia animas pias uerbum occupat,
 quod suā carnē nunq; reliquit, consecratiuū, ut & carnis
 Christi domicilium quodāmodo simus, cuius in nobis est
 uerbū, per uerbū enim credētes, naturā carnis eius ade-
 pti sumus, & per hoc naturaliter secundum carnē per
 Christum uiuimus. Vnde sicut caro Christi resurrexit
 & in puluere detineri nō potuit, ita et nos uiuificati per
 Christū excitabimur, adq; gloriā immortalitatis resur-
 gemus. Atq; hæc docent externa sacramēta quę accipi-
 mus & haurimus. Nā illis cōtestamur, fide hoc nos age-
 re et obtinere in anima, quod manducatio præsignat æ-
 terna, quę mens est Hilarij.

Augu-
 sti nus.

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

Itaque dum hinc inde rem expendimus, & quid patres senserint, satis clarū nullam apparere causam, quare uel ante manducationem, uel in manducatione assit corpus hoc modo, ut aiunt, in pane, per quam sapientiā bonitatemque dei iure prædicemus, tametsi fatear, quod si tale quiddam faceret, non absque sapientiā ac bonitate faceret, ut cūque nobis stultum ac durum uideretur. Multa igitur hæc absurda quæ commemorauimus sola sufficerent, ut excluso tropo inusitato, familiarem scripturæ tropum agnoscere debeamus, dicentes, corpus figuram corporis.

Non minus autē cogit, ipsa series sermonis, quæ ab Euangelisti's contexitur, ut sic intelligamus. Verum quid duo, Matthæus scilicet et Marcus obscurius scripserūt, sententia petenda est ab eo qui manifestius scripsit. Luca scilicet. Neque enim manifesta per obscura quis dextre docuerit. Manifestius enim est, hoc est corpus meū, quod pro uobis traditur, quàm hoc est corpus meum, ut cæteri dicunt. Per icopen igitur Euāgelistæ Lucæ de cæna domini explanamus. Est autem hæc.

Luce. 22 At quum esset hora discubuit, & duodecim Apostolicum eo, & dixit ad eos. Desiderio desideravi hoc pascha comedere uobiscū, antequam ego patiar, dico enim uobis, quod ultra minime edam de illo, donec impleatur in regno dei. Et accepto poculo, gratias agēdo dixit. Accipite hoc, & distribuite in uos. Dico enim uobis quod minime bibam à generatione uitis, donec regnum dei ueniat.

IO. OE COLAMPADII EXPOSITIO,

niet. Et accepto pane gratias egit, & fregit, deditq; eis di- **Que si-**
 cens. Hoc est corpus meum quod pro uobis traditur, hoc **dissima in**
 facite in meam recordationem. Similiter & calicem post- **terpre-**
 quam cenatum est, dicens, Hoc poculum nouum Testa- **tatio cer-**
 mentum in meo sanguine, qui pro uobis effunditur. Fide **tūq; iudi-**
 lissima tutissimaq; interpretatio est, spectare primū quam **cium,**
 sententiam præ seferat corpus integrum dicendorum, & **Christus**
 deinde expendere, quid in singulis membris ac uerbis do **idē patri-**
 ceatur, quæ scilicet certissima iudicandi ratio. Est igitur ui **bus q** &
 dere in cena illa, quomodo dominus noster Iesus, ex **nobis ag-**
 quo redemptor sit, tam eorum qui præcesserant, quam co **no pane**
 rum qui sequuti, & in se utputa saluatorem respici uolu **substituit**
 it. Est enim batrus ille à duobus uiris gestatus (populos ut circūci **siomiam**
 intellige per uiros). Porro eadem quid:m religione, uaria **quam**
 to autem religionis more, per ceremonias, generationis **quam**
 utriusq; morem seruat, ut utriusq; cultoribus se fauere de **baptismi**
 claret, & dum ueterem cum nouo tenet, finem illius, hu- **huz-**
 lus autem initium faciens, abolendum illū, hunc uero us- **us-**
 que ad seculi consummationem tenendum, docet. Come **docet.**
 dit agnū paschalem, qui rei gestæ quidem monumentum **monumentum**
 subsequitur, e autem erat umbra. Comedit & panem, **panem,**
 quem corpus suum uocat, & bibit uinum quod sanguinē **sanguinē**
 dixit, quæ & ipsa sunt monumentum sempiternum, ac **sempiternum,**
 symbola ueritatis legalem umbram explentis. Præfigura **Præfigura**
 bat enim agnus paschalis immolandum dominum Iesum **dominum Iesum**
 cuius sanguine à nullo grauiore, quam prior Aegyptia **Aegyptia**
 ea fuit, liberaremur seruitute. Maiori igitur beneficio ma- **beneficio ma-**
 ius substituendum erat sacramentum, maius non materia

Agnus pa-
schalis.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

ipsa, sed beneficij maioris admonitione. Admonebat agnus irrationalis eos liberati corporis, Panis uero & uinum libertatem spiritus elare per Christi mortem annunci- at. Laudant quidem Christum cæremonie & prisce & nouicie. Neque interest aliud inter illa, quam quod per agnum prædicebatur uenturum. Per panem uero uenisse, confirmatur redemptionis beneficium. Inq; hoc uno scelliores sumus, quòd non expectamus cum patribus desiderabilem aduentum, sed gratias agimus uoti compotes, Ne igitur memoria tantum beneficium excideret, proprio riu commendandum erat. Quod si mos pristinus fuisset relictus, nondum uenisse saluatorem fortassis argumenta remur. Et expectaremus cum uotis uenturum, pro quo recepto agende erant gratie. Nunc igitur deo laus, quòd uersa sunt uota in gratiarum actionem, cessitq; umbra tedij plena, luci totum mundū illuminanti, & id est quod factururus erat Dominus, ac fecit, ut elarius ex ipso contex- tu colliquefcit,

Qui ita habet. παραπάσχω. Christus lux mundi. discussurus umbram gestienter inquit, desiderio deside- rari hoc pascha, agnum uidelicet paschalem, qui iuxta le- gis morem paratus manducare, atque omnia alia le- gis onera ferre, ut uos, qui ferre non ualebatis, tandem exonerarē, antequam paterer, nouamq; legem morte uita confirmarem, ut aiunt, ita esse sciat, multis diebus que fierunt me iud. et, ut occiderent, & occidissent procul die

IO. OECO. EXPOSITIO,

bio, si permississem eis. Nunc autem gaudeo, de temporis oportunitate, simul cum agno typico, mi longe inuocentiorum agnum, pro maiore libertate uestra, quam partibus concessa immolaturum iri. Gaudeo quod & in illo figurali agno discitis, quid in me sit implendum. Ego agnus ille, ut Ioannes ait, Ego uerum pascha, Qui hunc edebant, magna ex parte plebs crassior erant, age non eadem ipse ultra ex eo, nunc finis illius futurus. Alium ritum approbabo, in quo placebunt qui spiritualiter esuri sunt in regno Dei, in quo non est cibus & potus, sed pax iustitia & gaudium in spiritu sancto. Similiter gratias habeo patri, quod non ultra corpora in necessitati indulgere habeo, quem admodum uos, adhuc aliquandiu uitam super terram acturi. Proinde calicem illum mea gratiarum actione sanctificatum accipite & diuidite in uos, qui aliquanta resocillatione egetis, ego autem de tali uiuino non bibim, donec regnum Dei ueniat, tunc aliud & nouum bibim, quod nunc quoque sitio, Quid enim mihi tam desiderabile, quam ut spirituales efficiamini, relicta uentris cura? Quid uobis tam utile, quam ut ego in uobis regnem, & me oblectem?

Et hucusq; ea quæ legis ueteris, sequentia magis uos respiciunt, & ad spiritalia transmittunt. Accepto enim pane & gratijs actis, fregit ac dedit eis dicens, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur. Euangelij e, alij addunt.

DE VERBIS CAENÆ DOMINI

addunt. Accipite & comedite, sub finem uero subiungitur, Hoc facite in mei recordationem. Optimus uerborū factorumq; suorum interpres est Christus ipse, Etenim dicit, hoc facite in mei memoriam, quasi diceret. Rituū annuum quem nunc celebrauimus in memoriam beneficij pristini, instituit ex præscepto dei Moses, eò quòd prigeniti Hebræorum cum primogenitis Aegyptiorum nō perierunt. Habebitis hunc diem in monumentum, & celebrabitis cum solennem Domino in generationibus uestris cultu sempiterno. Ego autem uobis maioris beneficij memoriā cōmendo, in pane illo. Videtis ut accipiam illum & frangā, porrigāq; uobis, profecto panis est corpus meum, quod me uolente pro uobis datur, nullum hoc uobis maius beneficium datum fuit unquam. Accipite igitur & comedite, atq; in posterum sacer ille uobis ritus esto, & in mei memoriam facite, & si fideliter memores ac grati fueritis, ipse uobis futurus sum panis uitæ æternæ. Ceterum panem quidem, ut sacrosanctum symbolū ore manducate, beneficium autem, atque adeo meum illud beneficium corpus, animo fideliter recogitate.

Tropum

hūc scrip Deniq; à modo loquendi non est hic abhorrendum, nature fami ferè eodem tropo usus est & in Exodo, ut in omnibus ad liarem. iuuaremur, ne aberrenus. Sicut hic dixit. Hoc est corpus meū quod pro uobis traditur, ita alibi de agno dixit quod sit pascha, hoc est transitus. Et quum dixerint uobis filij uestri. Que est ista religio? dicetis cis, Victimam transitus domini

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

domini. Et quare est phasc, nonne quia memoria transi- Exo. 12.
 tus: neq; enim agnus transijt, & maxime, qui sequenti- Agnus
 bus annis immolabatur, sed angelus olim transijt domos phasc qd
 agni sanguine signatas, attamen agnus ille in posteriori- memoria
 bus annis appellationem obtinuit paschæ. Vnde dominus transitus
 dicebat, ubi pascha cum discipulis manducem. Sic & pa-
 nis, quamuis per ipsum hodie non fiat, quod olim per cor-
 pus domini, religiose tamen nomine ita uocatur, adeo ut
 quoties panem illum comedimus, dicamur corpus domini
 edere, id quod pij spiritualiter manducant. Et sicut agnus
 dicitur pascha uel transitus, non, quod per illum agnum
 quem posterioribus annis edebant, factus fuerit transi-
 tus, sed quod rememoratio esset quo factus sit angeli tra-
 situs. sanguine eius postibus oblitis, ita panis ille est datio
 corporis Christi pro nobis, & mors immaculati agni ut ui-
 tam assequatur mundus, hoc est, memoria, quomodo da-
 tum sit corpus pro nobis, Idem enim fuerit dicere, Hoc est
 corpus meum quod pro uobis datur uel frangitur, & di-
 cere, Hoc est datio uel fractio corporis mei pro uobis, id
 est, monumentum dationis uel fractionis corporis mei pro
 uobis, uel annunciatio mortis dominicæ, ut Paulus expo- Panis cre
 nit. Quod si substantiue exponeremus, est, oportebat pa- cifixus se
 nem etiam cum Christo crucifigi & sepeliri & resurge- pultus et
 re. Siquidem durasset panis ille post cenam, id quod ueri quod cor-
 simile remansisse quasdam reliquias, Etenim si substanti-
 ue corpus quod traditur esset panis ille, etiam panis esset petit ut
 corpus quod traditur, & quod corpori conueniret, etiam esse in coe

DE VERBIS CAENAE DOMINI

quoq; cō panem conueniret, & si cui communicare possumus indiuiduū ueniret. duam nostram substantiam, etiam indiuiduales qualitates communicaremus.

Iam si praesens uoluit Christus adesse illo modo, quid sibi uult nomen recordationis, quod ferè absentium est? num passio abest, corpus autem adest, at pari contentione, dicere remus in praesenti dari & frangi, quod scitis nō dici, sed de uicina passione, ut de praesenti dictum. Igitur & adiectiones ille apud Lucam & Paulum, & sequentia quae adnōnent uel exponunt, & figura quae praecessit, docili satis monstrant, panem illum non à substantia uel continentia, sed significantia nomen corporis domini scriptū.

Neque caret ineptitudine & uanitate nugari, uerum quidem esse, quod comēdetur passionis memoria, sed interim etiam panis est corpus, At post tanta inconuenientia & absurda, & Christo de memoria passionis monente, tantum autem miraculū, solentio praetercunte, quis bonus uir non uidet maius rixandi, quam uerum discendi studium?

De poculo = Sed clarior adhuc in sequentijs uerbis expositio est. Si-
lo domini = mulier & poculum postquam cenauit accepit dicēs. Hoc poculum nouum testamentum in meo sanguine, qui pro uobis effunditur. Non per omnia idem sacramentum est Sanguis te corporis & sanguis, non corpus sed sanguinem uocat sacramētū, testamentum, ut uideant qui laicos à communione sanguinis nō autem nis per tyrannidem depellunt, quod eos quantum in ipsis panis uocatur, est, à testamenti communione abarceant. Etenim lex, facta catur, dera, in sanguine sanciebat, ut Exodi decimo. Nam praeter id quod sanguis agni, postes obliuit, etiam alia figura

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

legis ante oculos ponitur impleta. Etenim Moses ut an-
 nunciasset plebi omnia uerba ac iudicia, & respondisset laicis sa-
 populus unanimiter. Omnia uerba quae loquutus domi-
 nus, se facturum, scripsit sermones in uolumine, & san-
 guine affersit populum, legi obseruande astringens ac di-
 scens. Hic est sanguis foederis quod pepigit Dominus no-
 bis cum.

Porro manifestarium est ex nono capite ad Hebraeos,
 non huc nostrum ritum esse ipsum testamentum, sed san-
 guinem illum qui semel effusus est in cruce, imò sanguinè
 ipsum, esse oblationem testamenti, alioqui consecra-
 tum foret, subinde in nouari testamentum, quoties eam
 dominicam manducaremus. Vbi enim nouum, ibi antiqua
 tur prius, ad Hebraeos. s. Ultra si saepe nouum testamen-
 tum, saepe morietur Christus, quod absq; morte testatoris
 uel sanguine non est sanctum. At semel confirmauit testa-
 mentum sanguine, adeoq; testamentum nouum est in san-
 guine, hoc est sanguine confirmatum, nō sanguis in testa-
 mento nouo iam primum deo consecratus, quem diuinitas
 sanctificabat, neq; Christus acceptus patri propter nos,
 cum quibus per Christū initū est foedus, sed nos propter
 Christum grati sumus patri. Atq; adeo nominis inflexi-
 one nolentibus non contendere, Lucas cum Paulo abun-
 de satis interpretatus esset, quid sit quod Marcus &
 Matthaeus insinuauerint, dicentes, Hic est sanguis noui te-
 stamenti, id est, hoc est nouum testamentū per sanguinè
 meū, necesse enim est per nouum Testamentum memoria
 & figuram noui testamenti accipere. Itaque si

Antiqua-
 retur Chri-
 stus si testa-
 mē-
 tū si san-
 guis i ui-
 no esset.

DE VFRBIS CAËNAE DOMINI

Origenes

cognouerimus, quomodo poculum uel calix sit nouum te-
 stamentum, habebimus etiam quomodo sit sanguis, & si
 intelligimus quomodo poculum est sanguis, non ignorabi-
 mus etiam quomodo panis sit corpus. Huc etiam facit, &
 huc oportebat oculos uertere, quòd Paulus non est contē-
 tus semel dicere cum cæteris, Hoc facite in mei memoriã,
 sed quum de calice dixisset, repetendum duxit. Adeo mul-
 tum in memoria passionis situm est, ut Origenes super le-
 uit dicat. Et si respicias ad illam commemorationem, de
 qua dominus sic dicit. Hoc facite in meam commemorati-
 onem, inuenies quòd ista est commemoratio sola, quæ pro-
 pitium facit hominibus deum. Si ergo intentiùs ecclesia-
 stica mysteria recorderis, in his quæ lex scribit futura ue-
 ritatis imaginem inuenies præformatam. Vides quantum
 commemorationi & cui tribuatur? Neq; tunc dixit facite
 in memoriam passionis uel mortis, sed facite in mei memo-
 riam, ut adesse corpus crasso illo modo ne suspicaremur,
 & quum postremo repetiisset & summam rei mentibus
 inculcasset. Quotiescunq; comederitis panem & de po-
 culo hoc biberitis, mortem domini annunciate, donec, in-
 quit, ueniat, tanquam de absente mentionem facit. Sanè
 panem ac poculum nominare uoluit Paulus adhuc de ri-
 tu loquens, corpus autem & sanguinem appellandū cen-
 suit, culpam & reatum indigne utentiū iudicaturus mag-
 no iudicio, ita differens. Quisquis ederit panem hunc, aut
 biberit de poculo domini indigne reus erit corporis & sã-
 guinis domini. Quo docet in Christum redundare pecca-
 tum eius, qui indigne sacramenta contrectarit, uel sump-
 serit

10. OECOLAMPADII. EXPOSITIO

serit, eo quod multo grauius sit symbola nostræ religionis polluisse, quàm ea quibus patribus concreditæ beneficia celebrabantur, tametsi futura præsignaret, quæ admodum & in Epistola ad Hebræos colligit dicens. Videte ne aspernemini eum qui loquitur. Nam si illi non effugerunt, Heb. 12. qui auersabantur cum qui loquebatur in terra, multo magis nos si eum qui in cælis est, auersamur, loquebatur olim nondum in carne exaltatus in cælis Christus in terris per angelos, per prophetas, per sacramenta, & per scripturas, loquitur & nunc ad dexteram patris sedens, & in cælesti spiritaliq; populo regnans, per scripturas & sacramenta, sed longe maior nostra culpa, præsertim in hoc beneficio, quo sanguinis inestimabili precio nos redemptos agnoscimus. Si fermentatum habentes indigni erant pascha, ac obnoxij morti, quanto magis qui absq; azimis sinceritatis & ueritatis audent in dominica cæna Iscariotes præstare, ex populo exterminandi sunt? Etenim aspersi hyssopo, & semel mundi sanguine, non iam æu hi qui sub lege erant, uel umbram sectamur, uel sub metu agimus, sed efficacissima illius operatione sponte ac hilariter ad gratiarum actionem prosilimus, nosq; & omnia nostra offerimus, imo nihil nostrum, præter peccata, confidentes, omnia eius qui nos redemit esse prædicamus.

Qui agnum carnaliter tantum manducabant, seruales manebant, qui uero hunc panem edunt, per ueritatē liberi euadunt, siquidem non indigni accedat, & hoc præstent reipsa, quod sacramento testantur. Profitentur se fideles & membra Christi, reliquum est, ne omnia uidenti

G y mentiantur.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Indigne mentiantur, sed uere fuit quod haberi uolunt, alioqui in
accédētis ipsum corpus & sanguinem Christi iniuria cadet. O gra
 ue, O terribile iudiciū eorum, qui mortem domini menti
 endo irident, sacramentorum participes facti, peride ac
 raphanū esse uellent. Quid superest illis ad impietatem?
 profecto impius ille absq; deo uiuit, & totum regnū Dei
 leuiter tentatus, si posset semel subuerteret, qui cognita
 prophanat mysteria? Qui sciens se membrum Antichri
 sti, & uendit at se pro membro Christi, quomodo non mā
 dicabit sibi iudiciū, qui adheret scorto? qua fronte uir
 ginis filio se castissimis nuptijs iunctum perfide in tantis
 mysterijs uorat? Qui imisericors & pauperū est oppres
 sor ac deceptor, qua impudentia, et qui exinaniuit se prop
 ter pauperum animas, usq; ad mortem crucis, uelut alter
 Iudas osculum porrigit? Quid tenebris cū luce? Quid Be
 lial cum Christo? Qui irridet misericordis domini summā
 charitatem, quomodo feret iudicantis claritatem? at que
 nunc non declamandum, sed docendum magis, Igitur ad
 institutum redeo, & ne mea somnia somniaſe uidear Am
 broſij interpretationem referam.

Ambro. Etenim ille super Epistolā ad Corinthios, propē eadem
 ponit, dicens, Ostendit mysterium Eucharistiae inter cenā
 dum celebratum, non cenam esse. Medicina enim spiritu
 alis est, quae cum reuerentia degustata purificat sibi deuo
 tum. Memoria enim redemptionis nostrae est, ut redempto
 ris memores, maiora ab eo consequi mereamur. Vides qd
 medicinam spirituales uocat? nempe memoriam redēptio
 nis, quae cibi & poculi sacramentis a pijs renouantur. Et

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

limpidius super illud. Mortē domini annunciatos inquit,
 Quia enim morte domini liberati sumus, huius rei in edē
 do & potando, carnem & sanguinem, quæ pro nobis ob
 lata sunt, significamus. In quibus uerbis minutulus pun
 ctus à recto sensu quosdam auertit, dum legūt in edendo
 & potando carnē & sanguinē significamus, quæ pro no
 bis oblata sunt. Quæ mēs si fuisset Ambrosij dicere debe
 bat, edendo carnē, & bibendo sanguinē, Id uult panem
 & uinū significare carnē & sanguinem, Et reliqua quo
 que apte persequitur. Nouum testamentum in his conse
 quuti quod est noua lex, quæ obedientē sibi tradit cœlesti
 bus regnis. Nā & Moses accepto sanguine uituli in pate
 ra asperisit filios Israël dicens. Hoc est testamentum, quod
 disposuit ad uos deus. Hoc figura fuit testamenti, quod do
 minus nouum appellauit, per prophetas, ut illud uetus sit
 quod Moses tradidit. Testamentum ergo sanguine consti
 tutum est, quia beneficij diuini testis est, in cuius typum,
 nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis &
 animæ nostræ percipimus, quia sanguis domini, sangui
 nem nostrum redemit, id est totum hominem saluum fe
 cit, Caro enim, saluatoris pro corpore, sanguis uero pro
 anima nostra effusus est, sicut figuratum à Mose, qui dicit
 caro pro corpore offertur, sanguis uero pro anima, ideoq;
 non manducandus sanguis. Attende lector, quid dicat. Be
 neficij ait, domini sanguis testis est, ubi quæso? in cruce. In
 cruce enim exaltatus trahit ad se omnia, in cruce exercē
 da fides est, sed qd agitur in mysterio? in eius typū nos ca
 licē mysticū percipimus? Audis hic typū & calicē mysticū.

Non

DE VERBIS CAENAE DOMI.

Chryso. Non multo aliter Chrysostomus super Matthæum de his disserit sic dicens. Sicut in uetere eodem hic modo, in beneficio reliquit, memoriam mysteriorum colligendo, & hinc hæreticorum ora frenanda. Nam quando dicunt, Vnde patet immolatū Christum fuisse, & alia multa mysteria. Hæc enim asserentes, ora ipsorum censuimus. Si enim mortuus Iesus non est, cuius symbolum ac signū hoc sacrificium est. Vides quantum ei studium fuerit, ut semper memoria teneamus, pro nobis ipsum mortuum fuisse. Nam quoniam Marcion Valentinus, Manichæus, eorūq; sequaces, negaturi erant hanc dispensationem in memoriam passionis, per hoc semper ita reducit mysterium, ut nemo non insanus seduci possit. Ita per sacratissimam mensam istam ut saluat, & docet. Hoc est enim caput donorū omnium. Hæc Chrysostomus. Nonne & hoc aperte est dicere, hoc sacrificium esse symbolum ac signum. Et in ipsa passione dominica summam salutis sitam, si debite ac fideliter recogitetur, id quod in sacrosancta cœna monemur. Eandemq; sententiam in priore ad Corinthios non recantat.

Hierony. Hieronymus quoq; eundem Euangelistam, non multo aliter explanauit dicens. Postquam mysticum pascha fuerat impletum, & agni carnes cum apostolis comederat, assummit panem qui confortat cor hominis, & ad uerum paschæ transgreditur sacramentum, ut quomodo in præfiguratione eius Melchizedech, summi dei sacerdos, unum & panem proferens scærat, ipse quoq; ueritatem corporis & sanguinis repræsentaret. Ita Hieronymus. Sed quid

IO. OE COLAMPADII EXPOSITIO.

quid est ueritatem corporis & sanguinis representare? paucis dixerim, est Marcionem, & id genus hereticorum confutare, ut clare detectum est per Tertullianum, quod ideo monuerim, ne suspicaris & Hieronymum uerum & reale corpus Christi, panem à Christo inditum scensisse. Veritas corporis & sanguinis à fidelibus omnibus asseritur, Sed in sacramento representatur & significatur.

Idem,

Et quid est, inquis, quod ad Hedibiam scribit in hæc uerba. Nos autem audiamus panem quem fregit dominus, de ditq; discipulis, esse corpus domini saluatoris ipso dicente ad eos, accipite & comedite, hoc est corpus meum. Age expediamus & has tricas, quis alius forte omnino reijceret, nobis gratior fuerit studiosissimus pater, explanandum erat illud Matthæi, non bibam amodo de genimine uitæ, usq; in diem illum, quò bibam illud nouum in regno patris mei, Quia autem & nondum extincta erat *χίλια* sãp̄ heresis quæ inde ansam sumebat fouendi errorem suum, quasi carnalibus delitijs fruentes per mille annos cū suis in hoc seculo uicturi essent. Illos igitur hoc dicto refellit, quasi dicat. Quid somniant hic milliarij? Christus illis uerbis ad spiritualia uocauit, ipsi uero salarias cœnas & Epicuræorum inuehent sclicitatem. Atqui ex sacramentis Christi, quæ tunc instituta sunt coniectare licet, quomodo ab illis ad sublimiora uocemur, & uoluptatibus carnis uale dicere debeamus etiam nunc, quanto minus in hoc mundo speranda erunt? Nos audiamus, inquit, panem à domino fractum, esse corpus domini? nimirum, quia nobis memoriam passionis eius inculcat, qua ad gratiarum actionem

Hereticis

χίλια sãp̄

DE VERBIS CAENAE DOMINI

actionem & nouitatem uitae assurgimus, cupientes iam non nobis, sed Christo uiuere, Haec enim uoluit sequentia quae à Hieronymo dicuntur, ut Milliarj dictum de gemmine uitis in sementiam suam trahere nequeant. Quod autem panem dicit esse corpus domini, quid refert? nonne & dominus ita loquutus est, & nos ita libenter loquimur modo interim sensum domini nō amittamus, quē probe custodit hic Hieronymus. Quid offendet Chiliastram, etiā si in pane concedat esse corpus domini? Hoc autem cū perdet, si ab esu carnali ad spirituale reuocaueris, hoc est, ad gratiarum actionem, & spiritualem uitā, & si audierit regnum dei non esse cibū & potum, sed iustitiam & gaudium in spiritu sancto: & si obtruseris in iugulū eius, accipiendam à Domino sursum in cenaculo magno, strato & mundato calicem noui testamenti, id quod fuerit, non pēdere ab externis signis, sed ab his quae per ea signātur sic non expectabis, quod Iudeus, uel quod etiam Iudeus refugeret. Itaq; quid ibi asserere uoluerit Hieronymus doctus est, quam ut de eo quicq; differere possint.

Regnum
Dei

Cyrillus.

Similiter & Cyrilli auctoritatem non temere refutamus, licet satis intricate loquatur, quasi piaculū sit inuulgare mysteria plebi Christianae. Inter cetera enim sic inquit. Oportebat fidei primū radices in animo iacere, deinde illa querere, quae homini querenda sūt. Iudei uero ut tequā crederēt, importuna querebāt, hac igitur de causa dominus quomodo id fieri possit, non euodauit, sed fide id querendū hortatur, sic credentibus discipulis fragmenta panis dedit, dicens. Accipite & manducate, hoc est cor-

pus

pus meum, Calicē etiā similiter circumtulit, dicens, bibite
 ex hoc omnes, Hic est calix sanguinis mei, qui pro multis
 effundetur in remissionē peccatorū. Perspicis, quia sine fi-
 de querētibus mysterij modū nequaquā explanauit, cre-
 dētibus autē etiā non querentibus exposuit. Audiāt hæc
 qui ex arrogātia nondū Christi fidem suscipere uolūt. Nī
 si manducaueritis inquit, carnē filij hominis, & biberitis
 eius sanguinē, non habebitis uitā in uobis. Nō enim pos-
 sunt cum sanctificatione beatæ uitæ fieri participes,
 qui per mysticā benedictionē Iesum nō susceperūt. Huc-
 usq; Cyrillus. Equidem nisi iam antea concessum esset,
 spirituale carnis Christi manducationē absq; ceremoniali
 uiuificare, & in uita cōseruare totū hominē, & de spiri-
 tuali intelligendū esse caput Euangelij Ioannis sextū, non
 tām intellectui meo fiderem, quin uerba illa suffragari ad-
 uersarijs suspicarer. At nunc purius opinor scnsit Cyril-
 lus, nam & sermonem si quis intueatur diligentius, con-
 tra Iudæos & incredulos inducit & sceleriter. Quia eis
 incredibile uidetur, & stultum, quod caro Christi sit uiui-
 ficatrix, & super hæc re multum contendunt, & que-
 runt quomodo hoc possit fieri, quum ibi, quomodo non
 habeat locū, ut & supra dictū est. Sacramentū enī est no-
 stris uiribus imperuestigabile, at in quē usum proferatur
 panis benedictus, & quomodo cōficiatur, qdāq; cōineat
 uel significet scire, deus homini non inuidit. Præstruenda
 erit fides inquit, & hoc bene. Nisi enim quis omnipoten-
 tē deū ueracē & beneficentissimū credat, quos pre cones,
 quos etiā angelos audiat, Nūquam persuadebitur
 exinanēse

Que pri-
 mum cre-
 denda.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

exinanuisse usq; ad mortem se filium dei sumpta serui-
 forma, nunquam assentitur resurrectionem carnis Chri-
 sti esse, & mortuorum resurrectionem, sed hoc tantum
 probabit, quod stultissima suadebit ratio. Qui autem om-
 nimpotentem misericordiam semel agnouit & credidit,
 idoneus erit coelestium arcinorum discipulus, iam omnis
 disputatio in hoc incumbit, ut carnem Christi, unitam uer-
 bo uiuifico, credamus uiuificam, & credendo manduce-
 mus. Ille nodus in cena explicatus est discipulis etiam nõ
 querentibus quando in fragmentis panis, suum corpus es-
 se panem, hoc est cibum fidelium declarauit. Certum est,
 Christum in cena, salutem nostram, noluisse ceremonia-
 rio ritui astringere, sed docuisse eã, fide, in se crucifixũ cõ-
 stare, ut magis spectetur, frangi et tradi pro nobis corpus
 uel pro nobis effundi sanguinem, quam quod in pane cor-
 pus, & in uino sanguis contineatur. Quid autem toto ca-
 pite probat Cyrillus, quam uiuificam esse carnem Christi
 id quod nemo Christianus negabit. Inditum autem cor-
 pus pani nondum ostendit, tamen si doceat, benedictione
 mysterij, ipsum dei filium suscipi, id quod admissum est,
 siquidem in fide exercemur. Dicit autem ferè idem Cy-
 rillus, quæ & Hilarius, cuius uerba nunc recitauimus, ne-
 que opus est ut diu in illis moremur, nam si illi crassũ quid
 docere uoluissent, non sunt tanti, qui in hoc uerbo dei sua
 autoritate præiudicare possint, & quibus additi esse co-
 gamur. Sed testatum erit eos pie sensisse, modo in aures
 audientium loquantur.

In summa

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

In summa ad quoscunque solidos diuerteris autho=
res, nullum non inuenies, corpus Christi exponere, et di
cere esse sacramentū, uel sacram figurā corporis Chri=
sti, uel mysteriū quod idem. Et similiter inuenies sangui thores
nem Christi exponi, calicem mysticum, uel mysterium, Christi
uel sacramentum sanguinis. Id quod multis imposuit, le corpus
gentibus corpus Christi, & exponentibus, ac de suo ad esse inter
dentibus, reale & substantiale corpus, præter morem o pretetur
mnium in sacris doctrinis exercitatorum, alioquit tetri=
cis, & ualde succensentibus, si tropum demus.

Nullus sanè ignorare debebat, aliud esse sacramen=
tum, et aliud rem sacramenti, differunt enim ut signum Sacramē
& id quod per signum signatur. Nam inter signum & tū et res
sacramentum, hoc solum interest, quod illud quibusuis, sacramē
hoc sacris tantum rebus adhibetur. Signa enim, ut Augu ti diuer=
stinus ad Marcellinū definiuit, quum ad res diuinas per sa
tinent, sacramenta appellantur. Quod autem quidam, Signa:
corpus Christi reale ut uocant, per se et sacramentū, et Sacra=
rem sacramenti esse dicant, fieri potest, in sensu quodā menta.
uerū esse, neq; enim Christianus ferret, dicentē corpus Augu=
illud è uirgine natum, nō esse uerum corpus Christi, neq; stinus.
negaret illud corpus, esse sacramentum quoddam, mul=
tis incognitum, uel ut uocant, figuram gerere sui mystici
corporis quod nos sumus. Verum si de sacramento pa=
nis loquamur, ut sit corpus & sacramentum simul, pla
nè contra uerbi sacramenti rationem esset, & inepte ex
posuissent, quotquot hæcenus tradiderūt adesse corpus
K Christi,

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Christi, sacramentali modo, τυπικῶς uel μυσικῶς. Quotamen loquendi modo, probe & caute omnis ecclesia ut non erubuit, ne fortasse scandalum in uia ponere tur cæcis, et obscuritas crassiores pessundaret, tamen si nec sic inoffensi manserimus.

Ineptissimi Scio libellos quosdam obrudi lectori, classicorum doctorum nomine, quos uel proletarij succenserent sibi indoctissimi scriptos. Quales sunt sermones Cypriani de cardinalibus falso operibus Christi, cuius sententias aduersarij nostri, ascripti. emunctæ scilicet naris uiri, tumide proferunt. Eiusdem farinae sunt & sermones et liber de mysterijs, quos Ambrosio tribuunt, et constare potest tam ex phrasi, quam ex alijs eorundem scriptis, præstantes illos uiros aliter sensisse. Ambrosium enim testem nostrum multis in locis habemus, nec repugnat Cyprianus. Verum quoniam tam arrident gnomologo sermones, qui authorem mentuntur Ambrosiū. Non expendit, quod consutitij sunt, et caput illud ultimum de mysterijs, à quodam adiectum uideatur. Vnde postea locupletati sermones de sacramentis. Vide ipse lector, et adhibito iudicio pronuncia, num uerū dixerim, si quidem iudicare potes. Ex his citat sententias sequentes, sacramentū istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Si tantum ualuit sermo Helie, ut ignem de caelo deponeret, non ualebit sermo Christi, ut mutet species elementorum? Et postea, quid hic queris naturæ ordinem in Christi corpore, quum præter naturam sit ipse partus ex uirgine? Et iterum. Sermo Christi
qui

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO:

qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea
 que sunt, in id mutare quod erat? Quis de potentia dei
 disputat, mentite Ambrosi? non queritur quid possit, sed
 quid fecerit? At nihil facilius Christo, quam ordinare cre-
 aturus illas esse monumenta tantarum rerum, ad que si-
 gnificanda nate uidentur, nullo hic miraculo opus, sed
 ordinatione res efficitur. Vnde bene dictum est, si recte
 intelligatur. Ipse clamat dominus Ihesus, hoc est corpus
 meum. Ante benedictionem uerboru cœlestium alia spe-
 cies nominatur, post consecrationem corpus Christi si-
 gnificatur. Noluissem sanè clariorem expositione, quam
 consecrando significari corpus. Verum author sibi non
 constat, nunc hæc nunc illa congerens, nunc spirituale
 manducationem & spirituale corpus faciens. Possemus
 quedam ex eo libro pro nostra sententia referre, sed quæ
 dissimilis sit Ambrosio, et hinc inde subsultet, relinquen-
 dus erit in totum.

Ceteru que Gratianus ex Eusebio Eniffeno & Pro-
 spero citat, nec ipsa turbabunt interim, donec origina-
 lia exhibita fuerint, quum non sit clam illum multa per-
 peram, multa decurtatius, multa impurius suo uouumini
 immiscuisse, absque intellectu & iudicio. Periculum se-
 ci, quid sit credere cuius doctorum dicta pro sua libidi-
 ne proferenti. Magistri & gnomologi nostri & ipsi ani-
 malia fœre, parum ruminantia, omniaq; deglubentia, mo-
 do à Rhomani Pontificis sententia non recedant, & ut
 K ij uerissima

Gratia =
 nus qui et
 mona =
 chus, ac
 Magistri
 nostri, a =
 nimalia
 parū ru-
 minantia =

DE VERBIS CAENAE DOMINI

uerissima me loqui uideas, unum ex distinctione illa. 10.
in qua insanie nos arguit, deprehendimus, nam quo de-
bebat totum nodum expedire, se implicauit maxime.

Augustinus. *Caro sacramenti carnis.* Dictum Augustini apud Prosserum dicentem, car-
nem Christi esse sacramentum carnis Christi, expland-
re, & ita uno uerbo argumēta nostra omnia eludere uo-
lens, exponit carnem Christi inuisibilem, sacramentum
esse carnis eius uisibilis, inuisibile semper uocando,
quod ipse sonniat corpus Christi inuisibiliter & reali-
ter in panis accidentibus latere contendens, intollerabi-
li in re tāta crassitate, paulominus absurda, quā quod Iu-
dæi suspicabantur dentibus carnem uorandam. Iterum
ingemiscere cogor periculosam & infelicem uel docti
scribentium conditionem, quandoquidem in diuersum
rapiuntur sensum, etiā quæ dilucide sunt scripta. Quan-
tum mihi notus est Augustinus, nunquam suspicatus est,
quod imponit illi magister. Dignus erat beatus pater fi-
delioribus interpretibus & patronis. Age inde catholi-
cam eius uindicemus sententiam, unde impetita est, &
ἀμφιβολία sermonis non ita obscuram, ab omni obscu-
ritate eruamus.

Augustinus. *Augustinus in epistola ad Bonifacium.* Sacramenti,
inquit, corporis Christi, corpus Christi est. Ambiguus
sermo est, non legenti præcedentia & sequentia, clarus
uero illa non negligenti. Magister colligit ex dictis uer-
bis, sacramentum esse, ipsum reale corpus, quum debue-
rit ecōuerso accipere, corpus Christi dici, quod est cor-
poris

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO:

poris signum uel sacramentum. Et quod ita se res habe= Mēs Au
 at, inde cognoscito. Rogarat Bonifacius, quomodo pa= gustini
 rentes, qui de pueris suis baptisandis incerti sunt, nec si
 denter dicere audēt, quod sint futuri casti, uel non fures,
 audent autem dicere illorum nomine se credere & re= Augu=
 nunciare, & similia, illi respondet Augustinus in hunc stinus.
 modum. Sepe ita loquimur, ut pascha propinquāte, cra
 stinam uel perendinam domini passionem, cum ille ante
 tam multos annos passus sit, nec omnino nisi semel illa
 passio facta sit, nempe ipso die dominico dicimus. Hodie
 dominus resurrexit, quū ex quo surrexit, tot anni trans
 icerunt. Quir nemo tam ineptus est, ut uos ita loquentes
 arguat esse mentitos, nisi quia istos dies, secundum illo=
 rum quibus hæc gesta sunt similitudinem nuncupamus,
 ut dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed reuolutione tem
 porum similis eius, & dicatur illo die fieri propter sa=
 cramenti celebrationem, quod non illo die, sed iam olim
 factū est. Nonne semel immolatus est Christus in seipso,
 & tamē in sacramēto non solum per annuas paschæ so Sacramē
 lennitates, sed omni die pro populis immolatur? nec uit= ta à simi
 que mentitur, qui interrogatus responderit eum immo= litudine
 lari. Si enim sacramenta quandam similitudinem earum rerū qua
 rerum, quarum sunt sacramenta non haberent, omnino rū sui sa
 sacramēta non essent. Ex hac autem similitudine plerun cramēta
 que etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo nomina
 secundum quendam modū sacramentū corporis Chri= earū sor
 sti, corpus Christi est, & sacramentum sanguinis Chri= tiuntur.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

sti, sanguis Christi est, ita sacramentū fidei, fides est. Nihil est autem aliud credere, quā fidem habere. Ac per hoc quum respondetur paruulum credere, qui fidei non habet affectum, respōdetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad deum, propter conuersionis sacramentum, quia & ipsa responsio pertinet ad celebrationē sacramenti. Sicut de ipso Baptismo Apostolus. Consepulti inquit, sumus Christo per baptismum in mortem, non ait sepulturam significauimus, sed prorsus ait, consepulti sumus. Sacramentum ergo tantae rei, non nisi eiusdem rei uocabulo nūcupauit. Nihil debebat dilucidius his Augustini uerbis fuisse, sed nondum satisfacit hebetibus ingenijs, igitur iterum expēdamus ea, nihil interim de baptismo paruulorū contrauertentes, sed similitudinem examinantes, utrō propēdeat. Fatetur Augustinus, in cogitatiōe paruuli forte deesse fidem, hoc obserua & nihilominus, si patrinus, illius nomine dicit se credere. Vere loquitur, eò quod etiam responsio illa sacramentum est, & significat fidem quā baptisandus habet uel habiturus est, & propterea quāuis non sit fides, quia tamen sacramentum dici potest fidei, fides quoque dicitur. Simile item est de pascha & sacrificio, deniq; et de sacramento corporis Christi, quod suo modo, nempe propter similitudinem & figuram dicitur corpus Christi, & non ut sit ipsum met corpus. Nam si Augustinus adesse diceret corpus Christi, non afferret apposite similitudinem ad fidem, quae non est in puero. Omnis autē
 comparatio

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

cōparatio in parte a sumēda est, qua ad comparationē
 a sumitur. Nūc autē quia agitur quomodo sacramētū si **Axioma.**
 dei possit fides uocari, si desit fides, deducitur eō res, ut
 frequēter, sicut & Christus ipse fecit, uocemus honestis
 simo nomine corpus, quod sacramētū corporis eius,
 etiam dum in cælo corpus.

Cæterū argutiola quibus euadere nituntur, magistri, ut
 ipsos nihil uiuant, ita causam nostram non reddunt dete-
 riorem. Quicquid à sanctis dicitur, ueri corporis Chri-
 sti locū esse cælū, ubi sit corporaliter, diluūt unico dicto
 dicētes in sacramēto inuisibiliter adesse corpus, inuisibi- **Augu-**
 literq; māducari. Dicit autem Augustinus in Psal. 98. Sa- **stinus.**
 cramentum aliquod uobis commendauī, spiritualiter in-
 tellectum uiuificabit uos, & si neceffe sit illud uisibiliter
 celebrari, oportet tamē inuisibiliter intelligi. His uerbis
 autumant ubiq; congruere, ita de corpore loquendum,
 quod assit quidem, tametsi inuisibiliter, & se gloriose ia-
 stant abunde respondisse omnium obiectionibus. Verū
 uerba illa Augustini nihil tale uolunt. Primū enim perti-
 nent ad sextū caput Ioannis, ubi non de cæremonijs, sed
 spirituali manducatione fit mentio, debebatq; esse canon
 generalis in hac controuersia, sensus autem uerborum
 beati patris is est. Docui uos, inquit Christus, rem arca-
 nam, & que uere mysterium ac sacramētū dici merea-
 tur, nempe, quomodo edatis carnem meā, quam mandu-
 cat, quisquis diuinam & sibi salutarē nouit ac adorat.
 Quod si spiritualiter hoc cognoueritis, et fide amplectā
 mini, uiuificabit, ac uitā eternā uobis cōferet.

DE VERBIS CAENAE DOMINI

Porro necessariū quidem ut caro crucifigeretur, id quod multi uisuri, sed beati ij, tantū qui fide agnitori carnem illam pro mundi uita dari. Quid enim his uerbis uiget, ut in pane corpus reale asseramus? Etenim ad fidem exhortantur, non ad superstitionem occasionem dant.

Panis
corpore
prægnās

Quomodo igitur hinc colligitur, inuisibili & uero corpore panem pregnantem, ut sic dicam? Profecto Euangelistarum narratio non hoc habet, imò præcedentia sequentiaq; nihil tale cogitare permittūt, ut commonstrauimus. Nunc ad alia manifestiora scripturae loca pergamus, & quomodo illa ad ueritatis agnitionem inducāt, & tropum nobis commendent cognoscamus.

Caro nō
prodest
quicquā.

Ante omnia ne tam crassum quiddam de cæna dominica sentiamus, uerbum domini, spiritus uiuificat, caro nihil prodest, tanquam angelus igneo gladio armatus obfistit. Etenim breui illo dicto nō minus à carnali manducatione abducimur, quam Nicodemus, ne carnalē regenerationem animo suo conciperet, quam diceretur ei, quod ex carne est, caro est. Et sicut insulsū foret, si quis pro Nicodemo arguaret, carnem senis uisibili modo in uterum ingredi, denuoq; nasci, non assenserim, sed potentia dei eam inuisibiliter introire, et renasci forte nihil prohibet. Quis illum non rideret? in genere enim cauetur, ne quid tale sentiamus, dum dicitur, quod ex carne est, caro est. Quod si carnem Christi uelutam & inuisibilem epulaturis appones, nondum Christi regnū ac beneficium probe agnouisti. Si carnis præsentia ad inflammandum

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

mandum amorem tantopere pertineret, que benignitas est Christi, non se magis conspicuum, quam absconditū offerre, eo quod uisa creditis magis mouent nostram infirmitatem. Verum, quem non ad amorem rapit, sedentis ad dextram patris gloria, quod efficiet uix credibilis in pane humilitas? quid inquā afficiat humilitas illa, quē antea non emolliuit ignominiosa & amara innocentissimi crucifixi mors? Satis manifeste docuisset Christus

caperna
ria nihil
ad fidem
facit.
Constita
tio frigi
darū so
lutionū.
Caperna
itē.

hoc est, carnis manducationem, nihil ad fidem facere, siquidē recipere uoluisset. Esto autē carnalem prudentiam & quod humanum est, caro significet. Annon hoc uere carnalem sapit prudentiam, carnē edere, & carnem Christi, nam licet id inuisibiliter & absque dentium molestia fieri dicas, neque sic tamen carnalem effugies sensum. Iam tota disputatio Capernaitarum de carnis esu erat, & poterat etiam Christus dicere. Caro uisibiliter māducata nihil prodest, inuisibiliter autem proderit. Sed quod scire expediebat, ingenue confessus est, caro nihil prodest, & quum antea dixisset carnem uerum cibum, & carnem pro mundi uita dandā, nunc non quasi recantans, sed discipulos præmonēs, caro inquit nihil prodest. Caro illa diuina et uiuificatrix, per quam credentibus uita cōtingit, eadem nequaquam corporeæ manducationi seruiet, & si à corpore manducaretur uel absorberetur, nihil prodesset, neque enim in hunc usum à deo ordinata est, sed ut mirabiliori modo, nempe morte credentes, mortuos resuscitet, et uiuos in

caperna
ria nihil
ad fidem
facit.

Constita
tio frigi
darū so
lutionū.
Caperna
itē.

Ad quid
caro
Christi.

uita

DE VERBIS CAENAE DOMINI

uita conseruet.

Neque hæc noua, aut uiolenta fuerit, expositio. Nam Augustinus, cum aliàs, tum in prædicto Psalmo aperte dicit de sua carne loquutum, quum diceret. Caro nihil prodest. Neque opus fuerit, ut pluribus agatur, quando quidem editis libellis, Huldricus Zuinglius Tigurinae ecclesiae antistes, dilectus frater noster in domino, ex hoc & alijs dictis neruose conuincat, pasci nos fide in corpus Christi pro nobis in cruce passum, non sub pane illo uisibili, inuisibiliter, ut uulgus sentit, manducatum, fidemque probat nihil egere corporca manducatione. Nam si Christum edimus. i. si Christo fidimus, non amplius esurimus neque sitiemus. Nihil ergo eiusmodi requirit fides seipsa contenta, ita amicus rescripsit.

Zuing-
lius.

Fides cor-
porca nõ
eget man-
ducatione.

Sudent nunc aduersarij, & multa coaggerantes uano labore extenuent, quod ueritas dicit. Nam ita decoquunt & hoc quod dicitur. Quod ex carne est, caro est. Age, si placet, torqueant et illud, non quod intrat in os, coinquinat, & propterea etiam non sanctificat, sicut & Hieremias dicit. Nunquid carnes sanctae auferent à te malicias tuas, in quibus gloriata es? Quod intrat in os, inquit dominus, in secessum mittitur. Quid dicimus? Corpus ne Christi quod fideles sanctificat, in os ingreditur? non est sanctificatio nostra, à simbolo uel carne ingrediente in os, sed à spiritu Christi, qui mentem sibi purificat. Quid ad nos dicent illi? quæ ad confusionem pertinent Pharisæorum existimantium illotis manibus edere coinquinari, non

Hiere-
mias.

Intrās os
in secessū
mittitur.

ri, non

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

ri, non loquitur Christus de cibo qui animam uegetet. Nihilne ad uos? boni uiri, quibus etiam omnis adimitur responsio. Dicere enim uult Christus. Quod intrat in os, nec nocere nec coinquinare animam, & consequenter, nec alere, nec sanctificare, hoc est, nullum carnalem uel externum cibum, animæ uel prodesse uel obesse. Igitur iam non erit cibus, qualē à uobis dari dicitis. Aut respondete, quo tū se corpus Christi in pane recipiat? nunquid statim in ipso iumine palati euanescit? & in stomachum non descendit, non habebit ergo magis rationem panis quàm lapidis. Etenim uerius panis est, dum pascit, quam dum manibus tractatur. A pascendo enim nomen habere uidetur, non a proponendo, Quod si in labijs auolat, quas delicias præstabit? Denique si mox in animam inuolare contenditis, hoc de corpore perinde est dicere, ac si in $\epsilon\rho\pi\lambda\epsilon\rho$ & non locum migret, ut dictum est. Sed ut demus animam corpori locum dare, uel testabimini antea animam nõ habuisse inhabitatorē CHRISTVM, & propterea impuram & abominabilē, unde reliquū, quod iudicium manducetis omnes, rei corporis & sanguinis CHRISTI. Vel affirmabitis præsentem in pectoribus, & consecraneum erit CHRISTVM ad seipsum accedere, & quomodo hoc congrueret? Sanè si diceretis augmentum gratiæ, fidei exercitamento conferri, ut crescatis in agnitionem CHRISTI, non repugnarem. Virtutem enim & benedictionem dari pijs nunquam negabitur. At iam nõ hoc solum asseritis, sed

Nullus
externus
cibus ani
mæ uel
prodest
uel obest.
Rationes
Scythi =
cos per =
stringen
tes Ca =
pernai =
tas.

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

sed corpus carnaliter edi contenditis, quam nemo ignorare debeat, quo cibo pascatur anima, ueritate uidelicet ac fide in uerbo, imò deus ipse et uita ac cibus est animæ, qui pascit, & pascens non absumitur. Vos si aliter intel-

Animæ
carni-
uoræ.

ligitis, mirabiles sunt illæ animæ uestræ carniuoræ. At non conturbat opinor, ante manducationem ueram carnis præsentiam fateri, in manducatione uero omnia spiritaliter agi, qualem canam Tantalò, nec inferi inuident.

Valida
ratio de
hic cor =
porali
præsen =
tia Chri
st.

Obsistit autem et hoc quod dicit dominus Matth. 24. Si quis dixerit uobis, ecce hic Christus, uel illic est, nolite nō q̄rēda credere, surgēt enim pseudo Christi & pseudo prophete, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorali remittantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere, sicut enim fulgur exit ab oriente, et apparet usq; in occidentē, ita erit aduentus filij hominis. Irrident fortasse quidam, & mirantur qui hoc dicto moueamur, quod de uestium, sectarum, titulorum, temporum, locorū, personarum, et operum, obseruatione sonet, eò quod non in illis, sed intra nos sit regnum dei. Facient olim ridendi finem, & ò uti nam ne tardius, quàm uolent. Sanè & nos neque ignoramus, neque negamus, regnum hypocritarū, non esse regnum ueritatis, neque uerum dei cultum loco addictum. Scimus dominū fideliter suos præmonuisse à pseudo prophetis, quorū alij populum in solitudinem ducturi erāt, quidam in ipsis ciuitatibus ad seditionem instigabant, ut

author

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

author Iosephus libro antiquitatum. 20. Attamen mani Iosephus
 feste hic discernimus, non expectandam corporalem prae-
 sentiam usque in diem illum, neque plures quam duos ad-
 uentus Christi in carne secundum scripturas nouimus.
 Nihil uidetur illis dictum, sicut fulgur ab oriente usq; in Fulgur-
 occidentem, ita erat aduentus filij hominis? Quo docet
 aduentum suū posthac non fore in humilitate sicut tunc,
 nec obscurum, sed manifestum, ita ut toti orbi pateat.
 At quum celebretur aduentus in panē, qui postea in pe Aductus
 netrilibus colitur, aliquid nimirum fit, quod cum dictis in panē.
 illis pugnat.

Neque non & similes loci, qui Christum sedentem in
 caelis ad dextram patris testantur, firmiores sunt, quam
 ut conuelli queant, neque opus fuerit annumerare, quan-
 doquidem articulus est fidei, sedere Christum ad dextrā
 patris. Colligat cui animus est, quae dicantur Marci. 16.
 Matthei. 26. Lucæ. 24. Ioannis. 17. et. 13. et. 16. Actuum. 1.
 & 7. ad Rho. 8. ad Ephe. 1. & 2. Chorin. 6. ad Heb. 8. et
 9. & 10. & 12. & 1. ad Theß. 4. prima Petri. 2. Et inueni
 et Christum relinquere mundum, ire ad patrem, ascen-
 disse in caelos, confidentem ad dextram in thronis maie-
 statis in caelestibus super omnem potestatem, dominium
 & uirtutē, ut appareat in conspectu dei pro nobis, uen-
 turumq; sicut uisus est abire, ad iudicandū uiuos ac mor-
 tuos, uerum omnia deglubant ij, & tropum familiarē
 scripturae ferre nequeunt.

Nos sane urgemur fateri uerum corpus domini non
 esse

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

Corpus Christi uerū non esse super terram. Augustinus.

esse super terrā, nā hoc esset ueritatē corporis auferre. Apud acutos autem homines illos nulla consequētia prohibet, idem corpus uarijs in locis corporaliter. Et mirū est, quum id Augustinus ad Dardanum nō profenserit, quum id ferē ex proposito tractaret, & dicit ibi. Cauendum est ne ita diuinitatē astruamus hominis, ut ueritatē auferamus corporis. Non est autem consequēs, ut quod in deo est, ita sit ubiq; ut deus, nam & de nobis ueracissima scriptura dicit, quod in illo uiuimus, mouemur & sumus, nec tamē sicut ille ubiq; sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniā aliter & deus ille in homine proprio quodam, & singulari modo, una enim persona deus & homo est, & utrumq; est unus Christus Ihesus, ubique per id quod deus est, in caelo autem per id quod homo. Et in corpore Epistole. Spatia locorum tolle corporibus, & nusquam erunt, & quia nusquam erunt, nec erunt, tolle ipsa corpora, qualitibus corporū, non erit ubi sint. Et ideo nō alibi quam in caelo, corpore fatemur Christū.

Hominē esse non posse in diuersis locis.

Neq; repudiarim quod alius amicus & minister uerbi ad me scripsit in hunc modum. Impossibile esse hominem in diuersis locis simul esse, quādo creatoris non creaturae sit ubique esse, omniāq; implere, uide ut inconueniens sequeretur, dei est esse ubiq; creatura si ubiq; esset, deus esset, essetq; iam deus aliquis, qui olim nō fuisset, deus ergo coepisset in tempore, dicunt deū omnia posse, facteur, at hoc posse, ut gloriam suam alteri tribuat, que solius dei est, eo constanter inficias. Iam humanitas Christi

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

tota, quid aliud quam creatura est, quæ aliquando non fuit, Christus ut deus in sinu patris semper fuit, ut homo non item. Ita referebat amicus, neque multum ab Augustini abest sententia, etiam si uerbis distet. Sed non dicent opinor, aduersarij, idem corpus posse ubique esse, et implere omnia. Apparet tamē, si demus, posse esse simul in diuersis locis, quod sequatur etiam posse esse in omnibus locis, nihil enim obstaculi maioris erit, in diuersis locis, uel in omnibus locis esse, nisi quod hoc gloriæ dei sit, illud autem deus, salua gloria sua, communicare poterit alteri, siquidem nihil est quod repugnet, uerū de hac re satisfaciatur ille. Certum est, si deus communicet tale quippiam creaturæ citra iacturam suæ gloriæ communicaret. Atqui hoc ueritati corporum, ut à deo sunt condita derogaret, siue de continētibus siue contētis loquamur, suis enim corpora quæque circumscriptionibus finiuntur. Spirituum longe alia ratio est, qui loco non opus habent, et ante conditum mundum deum laudauerunt, ut habet ueterum Theologorum opinio. Nobis hoc sat fuerit cuius, Christum corpore in caelo, & non in sacramento residere. Per sacramenta autem admonere, excitare, consolari, & ferè omnia facere, quæ per uerbum, siquidem cognita fuerint.

Denique sicut in sacris operationibus, sacerdotē audivimus dicentem nobis, sursum corda, ita & Paulum audivimus sine intermissione clamantem. Si surrexistis
cum

IO. OECOLAMPADII EXPOSITIO.

Coloss. 3. cum Christo, que sursum querite, ubi Christus ad dexteram dei sedens. Que sursum sunt sapie, non que super terram. Imò in Paulo Christum ipsum ad se à terrenis curis ac sollicitudinibus auocantem audiamus. In cœlo enim noster municipatus, & nostra Hierusalem est, siquidem uere Christo nomē dedimus. Abstineamus itaque que tanquam peregrini, non solum à carnalibus desiderijs & concupiscentijs, que militant aduersus animam nostram, sed etiam moriamur elementis mundi, et quantum permittit huius incolatus erumnosi necessitas, angelica frui beatitudine enitiamur. Quid querimus uanitates? quid sectamur noxia? sursum dominus est, ubi thesaurus noster, ibi sit & cor nostrum, illuc precū & gratiarum actionū nostrarū dirigantur suffitus & incensæ.

Ad magna enim & ualde magna hortatur nos Paulus, in sublimi illa ad Colossenses epistola. Neque hoc solum agit, ne in cibo & potu & parte diei festi, ac circūcisione Iudæos imitemur, quod facile, sed & elementis mundi mortuos uult, ut caput ipsum CHRISTVM teneamus, adepti agnitionem mysterij dei & patris & CHRISTI, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ recōditi, propter quem omnia pro stercoreibus reputemus. Multi sunt pseudo prophete, qui tanquā latrones, nobis thesaurum hunc auferre querunt, quorū quatuor genera ibi percensuerat. Sunt enim Sirenes & Ethnici Poetæ quidam, qui ad delicias seculi & fugam crucis, blandiloquentia sua allicere querunt.

Sunt

Epistola
ad Colof
senses ele
mentis
nos mor
tuos uult

Pseudo
prophe
tæ. 4.
Sirenes.

DE VERBIS CAENAE DOMINI.

Sunt & philosophi qui inani sapientia tandem negari-
 dum faciunt, adeò multum hominibus, & parum uel
 si multa inepte deo tribuunt. Insidiatur & Iudaei, freti non
 ratione, sed Mose & legis littera, qua nos humiliant. De-
 niq; pernitiosissimi omnium sunt qui & nomine Chrijii
 abutuntur, & cum humiliatione corporis ad adoratione
 non carnis, sed angelorum, & ad spem in sacramentis
 externis, magis quam in his, quae per illa signantur, non
 minimum remoramentum, quo minus in caelos subuole-
 mus ad Christum ipsum, uocant, ut in aquae tinctione &
 carnis manducatione. Omnibus illis doctoribus relictis,
 magistrum in caelis ad se uocantem audiamus, non quod
 cibo, diuitijs, philosophia, magistratu, abstinentia, sacra-
 mentis nemo bene possit uti, sed quod praesentibus omni-
 bus, etiam in usu ipso penetrandum sit ad Christum, cu-
 ius in caelis, non in mensis, quas altaria uocamus, sed ille.
 Tam ardua praescribit Paulus. Nam sicut ibi dixerat de
 nostra circumcisione, quae fit sine manibus, quando exu-
 tos corpus peccatorum carnis per circumcisionem Chri-
 sti, consepultusq; simul cum illo per baptesmum, ad spiritualem
 baptesimum exhortatur, ita proculdubio alio pane ex-
 tra sacramentalem illum nos uult uesci, pabulaq; in loco
 caelestis pascuae inter angelos requirere.

Symbola quidem illa suo honore digna sunt, & no-
 stro usui, a l utilitatem proximi, qui nostro gratias agen-
 tium exemplo glorificat patrem in caelis, seruiant, atqui
 ut illis tam subline quiddam insitum credimus, ne utiqua
 habet scriptura, sed uult nos relinquere non solum ter-

Philoso-
phi.

Iudaei.

In humili-
tate cor-
poris ue-
nientes.

DE VERBIS CAENAE DOMI.

Quae sup̄ restria, quae ὄνια uocantur, sed etiam τὰ ἐπιγῆσια ea quae
 terrā re= super terram. Corpus Christi si in sacramento foret, ter=
 linguēda restre quidem non esset, esset autem super terram, quod
 non iubetur, uel quæri uel curari, eò quod super terram.

Si Chri= Quod si super terram Christus, iam non erit sacerdos, at
 stus in ter qui in cœlis sanctorum est administrator ac ueri taberna
 ra esset culi, quod fixit Deus & non homo, quo ingressus unā pro
 non esset peccatis oblata uictima, nihil à terris ut patrem placet, de
 sacerdos - uo offert, illuc animis & cogitationibus nostris recurrē
 dū, illinc nobis copiosa dona quae promisit, largiter con
 feret liberalissimus Christus, atque omnia foelicius, quam
 si eū super terram quæreremus, etiam si uisibilis foret.

Nam si Apostoli quandiu super terram agebant, non
 Corpora erant capaces sublimioris doctrine, sed uirtutem spiritus
 lē Christi sancti, postquam in cœlos ascendit, acceperunt, quid nos
 præsetiā speramus quandiu à carne pendemus, & non illuc cum
 subtractā gratiarum actione tendimus, ubi præces exaudiri, & unū
 oportuit de spiritum sanctum cum donis suis emitti speramus?

ut sãctus Breuit alium fructum Eucharistiæ germinare uidere=
 ueniret mus, si animis magis in cœlū fixis transferremur, quam
 spiritus. si puerilibus opinionibus addicti, non tam ea quae Christi
 Io. 16. sunt, quam nostra somnia sectaremur, hypocritas pro
 Qui olim adoratoribus pijs agentes. Non est timendum ne minuatur
 existima= pietas, imò decreset impietas. Non pauci hodie sunt, qui
 rūt Chri= olim existimantes corporaliter Christi corpus in pane, quā
 stū in pa uis corpore impudico essent, & manibus ad rapinam &
 ne quales & dona assuetis, mente inuida, ad altaria currere non cō
 tūcerant rubuerūt, tam nihil ad mouēdos animos ualet mēdaciū, at


IO. OECOLAMPADII. EXPOSITIO

nunc ueritate cogita, malunt laborare manibus, ferre op & qua-
 probrium, egere & exulare, quam mala conscientia, in les nunc
 tantum sacramentum peccare, & ita rei corporis & san
 guinis fieri. Felices illi quandoquidem e caelo Christum
 audiunt loquentem. Non queritur inter Christianos quan
 ta multitudo sit, sed quantus piorum prouentus, multos Fructus
 quidem hactenus uidimus astare aris, & multas audire missarum
 missas, sed quo fructu? non desistebant ab adulterijs, non
 ab usuris, non a crudelitate in pauperes, sed pensum suum
 absoluisse putabant, si ad horulam templis interfuis-
 sent, nec mirum cum ecclesiastica disciplina, paenitus in-
 tercederet, nemine a sacris prophanos discernente, ut diu-
 dicaretur Corpus domini. Magna cura num absoluisset
 sacerdos, longe minor quomodo emendaretur uita. Exter-
 nus cultus, regius & acuratus. Internus admodum negle-
 ctus, Hodie autem deo laus, impietati deaedit, pietati uero
 accrescit. Nam multos scio, qui iuxta hominum man-
 data, non liber & alacri spiritu, sed laera conscientia, Fructus
 & absq; certa fiducia, semel in anno communicabant. cene do-
 Quos nunc est uidere singulis dominicis cum lachrinis mini secū
 & animi suauitate, gratias agere, fraternumq; erga reli dū uerbū
 quum corpus Christi, animum & polliceri & exhibere. obscura
 Esto autē n interim nonnihil intermittatur caeremonia-
 rum, que ad nihil utiles erant, in hoc tamen ex his, qui-
 bus deus uere colitur, ubi uerbum domini predicatur in-
 adulteratum, certum est, nihil desiderari. Neque ex hac
 expositione uerborum domini periculum animabus sub-
 oriri, id quod causantur illi.


DE VERBIS CAENAE DOMINI


Verum si adulterina expositione multa animarum
 Figmentis lucrari milia possemus. Cauendum tamen ab ea, uti deo
 & mēda ingrata, qui non est ita ridiculus, ut figmentis & mendacijs ad
 cijs ad prædicationem gloriæ suæ, uel uti nos uelit, uel opus
 prædicati pus habeat, Veritas enim deus est, & eos, qui se in ueritatem
 onem gloriæ amant, seruat, fouet, ac custodit, eos autem, qui ueritatem
 riæ deī nō ritatem in iniustitia detinent, tradit in sensum, quem me-
 utendum rentur, reprobum, ut opus manuum suarum adorēt, at-
 que à principe tenebrarum excæcati in miseram tyrannidis
 concupiscentiæ seruitutem redigantur.

Demonstratum est nullum miraculum in pane mystico
 esse, supra hominis captum, & quum sermo ille, hoc
 est corpus, absque tropo constare non possit, ut multa ef-
 fugiamus, quæ obstant, nempe, ne germanum scripturæ
 sensum minus, seruemus, & ne cōtra ipsissimum spiritū
 ac gloriam dei pugnemus, recte & sacramentū non nune
 rei, quam significat, traditum asserimus. Vnde non tenu-
 ibus moti causis, nec patrum destituti sententijs, à uulgi
 sententia discedimus, sed ea profitemur ac amplexamur
 quæ debemus ac iusta sunt, quæ scriptura spiritus san-
 cti docet, quæq; animabus salutaria, & ad Gloriā
 pertinent Christi nostri, ueri animarum ange-
 lorumq; patris, qui nos sua nunc fide
 & olim gloria pascat semper
 A M E N,



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or a series of entries.





DILECTIS IN


CHRISTO FRATRIBVS, PER SV-
uiam Christum annunciantibus, Io. Occolampas
dius gratiam & pacem à Deo,


SCitis ipsi, fratres dilectissimi, quàm religiose, quàm sã-
cte nobis CHARITAS à Ihesu Christo cõmendata sit
quantisq; illam cuniculis & arietibus, insidijs & insulti-
bus antiquus ille ac callidus hostis, infirmare & excinde-
re nitatur, præsertim inter ministros uerbi. Neq; enim ig-
norat, quantum hac uia ecclesie incommodetur, si pro u-
no pastore, regnent multi, hoc est, si ij qui unanimiter
gregis curam gerbant, inter se dissideant, & ita oues abs-
que pastore errent, luporumq; grassantium exponantur
furori. Nihil hoc scandalo damnosius, nihil pestilentius,
nihil funestius, id quod & uobis persuasum, non ambigo
summam, precibus, officijs, patientia, lenitate, magnani-
mitateq; daturis operam, ne præualeat inimicus, etiam si
têtet. Tentat autẽ, & promouet nõnihil apud quosdam,
sed confido, dominum Ihesum supernè pro nobis prælian-
tem, increpito illo, triumphaturum. Sane quod ad me atti-
net, malim piam mortem, quàm impiam curam quoquam
fratrum, etiam si me minor esse possit, discordiam, neque
aliquid omittam eorum, quæ ad Christianam amicitiam
uel resarciendam, uel custodiendã facere uidentur, quam-
uis non uideam, quomodo caueam, ne per falsos fratres,
omnia turbantes, quorundam erga me alienentur animi,


Si non ut pridem nunciatum est alienati sint . Quid enim non de absentibus pertimescam, quod nonnunquam in eadem domo etiam pacifica euenit, ut sollicita est. Vel ubi non opus foret dilectio, ne offendat . A uobis certe, quorum fides ac pietas iam olim spectatæ, & cum quibus nonnihil consuetudinis sanctioris intercessit, tristissimum foret auelli, nec quantum in me fuerit, & quandiu utrisque placuerit Christus, id piaculi admittam . Feri autem rumor, & satis declarat quorundam literæ, offensos nonnullos, qui audierunt, quod concionando hic plerisque qui aliquid esse uidentur, atque adeo columnæ, in causa eucharistiæ non subscripserim. Factum inficias non eo, sed inoffensa propterea charitas iure fuerit: quandoquidem uel intempestiue, uel citra ueritatis studium factum est nihil. At non patiar bonos mihi diu succensere, si quidem succensent, nisi gemitus meos Christus non exaudiat . Et cur succenserent sui amantissimo & innocenti, eandemque Christi gloriam non absque discriminibus querenti? Quod si mihi succensent, & sibipsum succensent, quibus idem, si non & ardentior pro capto suo ueritatis docende seruior . Non habet apud Christianos locum. Coniici dictum. Veritas odium parit. Congaudet enim, ut apostolus dicit, ueritati charitas, & idem deus ueritas est, qui & charitas. Ut ueritatis amore in charitatem non peccatur, ita propter charitatem ueritatis nulla sit iactura. In ecclesia autem, nihil tam frequens esse debet, quam ueritatis indagatio, qua in agnitionem domini nostri Ihesu crescitur. Possumus autem singuli crescere. Permittit enim pater luminum, quædam à nostris oculis abscondi, quæ in tempore reuelat, & si uer-

diosis aperit, tantū absint inuidia & cenodoxia. Scribit
enī Philippēsi bus apostolus. Et si quid ignoratis, idipsū
quoq; reuelabit. Et iterū. Si reuelatū fuerit assidēti, prior
taceat. Quid poterit egreferre paci dedūus, quid raperet
in inuidiā cālidus, ubi nō cōtētiōni sed ueritati seruitur?
Nimirū hoc foret bona pro malis pēdere. Neq; enī magis
frugi esse poterimus, quā si exēplo & gratia Christi.
Lucē ac ueritatem, præsertim in rebus necessarijs non ab
scondimus, sed cōmunicatam uellemus. An autē tale quid
dam prestiterim, uestrū est iudiciū. Animiū profecto talē
condemnare non poteritis, ut ut ansoria seruiute dicta
trutinētis, neq; enim magisteriū mihi temere arrogo, sed
officij memor esse cogor. Et ut ueritatis rationē habeo ma
ximā, ita & quæ charitatis sunt, minime uelim neglecta
Quocirca, ne cupiā incerti rumoris malignitate ponatur
offendiculū. Librū hūc importunis quorundā uociferatio
nibus extortū apologiæ loco dedi, quē nūc uobis dilectissi
mis commendo, ut ex eo cognoscatis, certiora ne sunt, non
stra, uel quæ alij dicūt, nū patres asperner, ut opprobant
num queram ea, quæ ad diuini uel mei nominis gloriam
spectent. Iudicabitis autem, ut soletis, non sequundum
faciem. Consultius fortasse quibusdam uidetur, si non de
re ipsa, quid nam sit Eucharistia, & quomodo, panis sit
corpus, sed de solo usu Eucharistiæ apud plebem discru
issem. At illorum sententiam pro tempore piam, mihi ta
men amplexari non erat integrum, quando quidem insani
ebant Papiſtæ atque alij, ad inculcandum absurda, quæ
disimulare impium. Expectabant auditores, quando

sententiam meam tandem proferrem. Quotidianis literis rationem fidei super hac re amici efflagitabant. Quin adhuc non uideo, quomodo pius ac purus Eucharistie usus sit, salua & radice agente, tam periculosa superstitione. Non erat animus contemendi, sed ut sementem bonam facerem, repastinandus erat ager, alioqui zizaniorum luxurians prouentu. Utinam autem & ceteri eadem sermonis egissent moderatione, pacatiora fortasse multis in locis essent pleraque. Sed non me iuuat uerbi modestia, quin contradictores magis insanirent, modisque mille me traducerent. Vnde literis tandem rem agendam, quae lucem non formidat, operae premium duxi, ut ut boni illi uiri ringantur, & me insimulent, quos ego placare uolui, irritare nolui. Atqui patri in caelis ita uisum, ut cum probatione filiorum clucesset ueritas. Sapienter ille in sui gloriam, hominum peccatis utitur, At nos fratres solliciti sumus, singuli, ne inter uasa irae reputemur, ut si quidem suboritur offendiculi quippiam, absque nostra culpa oriatur, Vigilemus gregi, aduersum lupos, uigilemus autem & nobis, quibus multo amplius periculum, maxime si charitatem non habuerimus primo loco. Error condonari potest, modo fides assit in Christum. Discordiam, neque si sanguinem fundamus, expiabimus. Diligit enim deus eos, qui unanimes habitant in domo, & in medio illorum est, qui & nos omni tempore suo spiritu sancto iunctos conseruet: qui det nobis secundum Christum idem sapere & patrem eius uno ore glorificare. Amen. Basileae. Anno







P 297-C